



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.









*Fol. Q. 655.*















## GAPETUS Episcopus servus servorum DEI, Regibus, Principi-

bus, & Ducibus gloriosis, nec non universis aliis a-  
quilonaria regna inhabitantibus, salutem & Aposto-  
licam benedictionem! Quantum ad regnorum de-

trimentum, quantum ad confusionem populi Christiani, quantumque  
ad destructionem Ecclesiarum, discordia & inimicitia (quâ quotidie vi-  
cina paganorum crudelitas inhiat) & totius terræ desolationem attingat,  
per semetipsam nos veritas, quæ CHRISTUS est, in Evangelio docet, cum  
dicit: Omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum  
cader. Et contra, quemadmodum professio fidei Catholicæ, vitæque in-  
tegra & inculpata (quam habet individuam & indivulsam comitem)  
cum olim in primitiva Ecclesia, tempore CHRISTI & Apostolorum,  
tum hodiernum, vinculo concordie ac unanimitate, altas fixasque ege-  
runt aguntque radices, eximisque admissis incrementis, feliciter pro-  
pagatæ sunt, propaganturque apud Neochristianos; ita quoque bella pe-  
riculosissima & diuturna, crudelesque sanguinum effusiones, & alia ex-  
inde sequentia, & jacturam corporalem, æternoque exitio conjunctam  
secum trahentia, sedantur & finiuntur, ubi Imperatores, quibus potesta-  
tem super alios habere incumbit, & subditi eorum inter se invicem, in-  
duunt sibi, sicut electi DEI, sancti & dilecti, viscera misericordie, beni-  
gnitatem, humilitatem, modestiam, mansuetudinem, patientiam, longa-  
nimitatem, supportantes invicem, & donantes sibi metipsis, si quis ad-  
versus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit eis, sic ami-  
citiæ & concordiam, pacem & tranquillitatem fovendo, & cætera, quæ  
Christianæ religionis ordo postulat, promovendo: & porro si quæ sub-  
oriuntur dissidia, Christianis prorsus indigna, si fieri potest, & ex ipsis





est, reprimere, & sic cum omnibus hominibus, quantum factibile est, pacem habere satagerint. Lex namque Divina & humana desiderat, & debitum charitatis exposulat, ut bono & utilitati communi debeamus intendere. Et siquidem audivimus de nuperrima nova gentis vestrae conversione, scilicet qualiter relicto gentilitatis errore, ad Christianae fidei veritatem pervenerit. Unde plurimum in Domino laetamur, miseratori omnium intimo corde gratias agentes, qui mentes vestras lumine suo visitare, & de tenebris umbrave mortis vos vocare in admirabile lumen suum, ut cum essetis mortui, vos Christo vivificare dignatus sit. Simul etiam ejus ineffabilem misericordiam deprecari fumus, assidueque postulare optamus, rogamusque, ut, qui cepit Deus in vobis opus bonum, perficiat, ut vos tam fidei gratia, quam bonorum operum fructibus, & in hac vita vigere, & in futura sanctorum coetibus faciat annumerari. Praetereaque notum est, testibus non Christianorum duntaxat, sed & Ethnicorum gentibus bene multis, quod per plurimi motus bellici & factiones, multis retro seculis, terra marique Regibus aequilonaribus, praesertim Upsaliae & Daciae, eorumque viris & subditis fuere, tam de primatus praerogativa, quam de terrae Scandinaviae, ejusque adpertenentium possessione, quibus avidè imminet uterque. Idcirco truculentis hujusmodi occisionum consuetudinibus in posterum praeveniendo, interventu dilectorum filiorum nostrorum, Amundi Upsalensis Conregis & Sveinotto Proregis Daciae, suis suorumque parentum & aliorum, quorum interest, nominibus, pro prosperitate & incolumitate Ecclesiae DEI, nuper factae Christianae, conventum est, editoque de primatu, ac regnorum supernominatorum terminis, decreto, certi quid constitutum. Quo etiam fine humiliter a nobis contendunt antenominati filii nostri, ut pro suscepta à Domino potestate & auctoritate (nos equidem jam nunc, non solummodo Regum & Principum, sed omnium Christianorum tanto propensior sollicitudo coarctat, quanto ex universali regimine, quod nobis est commissum, omnium ad nos causa, vicinius ac magis proprie spectat) id agere velimus, ut firmum inviolatumque servetur inter eos initum pacis & amicitiae foedus: cujus formulam more eorum patrio vernaculoque sermone exaratum, nobisque transmissam, à verbo ad verbum, genere scribendi curiae nostrae Romanae usitato, hic allegabimus, quae sic habet:

**L**imites inter Regna Svediae & Daciae: Amundus Rex Upsalensis & Sveinotto Daciae, hi fecerunt ponere limites inter Regna Svediae & Daciae, tunc elegerunt è Svedia Tacaldum ex Tiundalandia Uplandiae, Botildum Tolle ex Fiedrondia Uplandiae, Botviderum ex Helsingia filium Thore, ex Westermannia Gascum filium Rabbe, ex OsGothia Grimaldum

3

dum, ex WesGothia Torstanum filium Emundi, ex Sudermanlandia Grimoldum Nannir, ex Scania Danum, Grimolphum de Grimukunum ex Hallandia, Gunkildum ex Selandia, Ubbonem ex Fyonia, Tolneum Tokke filium Totte ex Juthia Cimbriz. Hi duodecim posuerunt sex lapides inter regna. Primus lapis erectus est in Sunturvasa, secundus in Danabeckio, tertius est lapis juxta templum quoddam Kinneften, quartus in Uraksnæso, quintus dicitur lapis albus, sextus est lapis Brimsius inter Blekingiam & Moiream situs. Dana insula est tripartita, possidens Rex Upsalensis potiorem partem & primam, alteram Daciz, tertiam verò Norvegiensis Rex. Conventuri Reges horum regnorum in prædicta insula hac Dana, tunc Rex Daciz Upsalensis Regis tenebit frenum, & Norvegiensis stapedem ejus. Terminus à quo factum est initium horum limitum existit nuper supernominata insula Dana. Abhinc ad primum lapidem in Sunturvasa. Hæc notiora recensentur loca, Stramufund, Klifstier, Natres, Lecres, Sletas, Flakbek, Samusif, Aldramanzbrekkiu, Dvergherit, Gnipe, Ænnuos, Klintomose, Sinuas, Diupadal.

Jam incipitur à primo lapide in Sunturvasa, à quo ad secundum in Danabek, hæc sunt loca notabiliora, Lygni, Throsnæsi, Ornabiargh, Gadnoror, Mædalsnæs, Wyflulandh, Unebargh, Skutrnuas, Klokkebargh, Mialka, Mese, Byuro, Spatuos, Astabiargh, Streku, Orsebugh, Olbuda.

Nunc incipiendum à lapide in Danabek, exhinc ad proximum sequentem lapidem, sequentia specificantur loca, Skatusio, Bota, Orsio, Rabek, Kunungiwadh, Motauradal, Boksio, Bokebek, Fygildswijk, Baru. Illic terminantur WesGothia, Finwidhi & Hallandia.

Jam progrediendum à lapide illo tertio, templo quodam Christiano contiguo, per loca quæ sequuntur; Ostwidhi, Spado, Spadobon, Tolefio, Saxsio, Maghinsio, Skarffsio, Hanao, Maul, Sandó, Sandoos, Samfio; portò ad Skausio, Skaubek & Ekebek, Ananitz, Wartu, Watfio, Rasio, Rakalf, Grenifal, Skatamosa, Hiordas, Niserkvid, Hinderos, Dumnukvildh, Dumnuros, Dumn, & præterea per lineam rectam ad lacum Watur usque, ubi positus est lapis quartus in Uraksnæso.

Indè ad quintum, per loca: Dali, Svartbiargh, Hiattusnæsmose, Diupudahl, Hellewad, Foronæfengreno, Uttirsfiældh, Musfrenmio, Tranumose, Tranukvisir, Anenetrano, Miklemose, Spetu, Oru; nunc ad Orsatnu, Aggu, Hednu, Almstareslidum, Næshyl, Hierteowod, Tiudmerufund & ad lacum Wenerum, ibique positus est lapis ille albus, in ordine quintus.

Hinc ad sextum lapidem & ultimum per insulam Piitu, Tærunaglæ, Ödnem, & sursum ad Ædalængum, Grædnæ, Hardamarlidir, & per distidiam sylvam Odnæmæ, & per totam sylvam Tisle, occidentem ver-

4  
sus Anafro, hoc est, supra locum Kloffvene ad locum Wargstasi; præ-  
terea ad Fulæbæk, Firimose, et ad lapidem illum magnum inter Mo-  
sænnæ & Hærbænkfundh, Kleærmose, Rosena, wider Hiordshus, Loff-  
næs, propè quem locum situs est lapis Brimsensis, inter Blekingiam &  
Mohræam. Hinc recta in mare orientale. Tuli filius Gase de Snevin-  
gia Sveorum Scaldus exaravit literas.

Non secus jam ac Ilaacus & Jacobus Patriarchæ prærogativam & prin-  
cipatum dantes & dispensativè decernentes, ille inter filios, hic inter su-  
os ex Josepho nepotes, Jacobum & Ephraimum natu minores, Esavo &  
Manassi majoribus præferebant. Imò quemadmodum magnus ille dux  
Israëliitarum Josua, non solum terram Canan filiis DEI Israëlitis, & futu-  
ræ ipsorum posteritati, perpetim habitandam dispertivit, verum & cer-  
tos orarum cancellos, quos prædecessor suus Moses legislator omnium  
primus & princeps, lege, quæ hominem limites proximi sui dimoventem,  
anathematis fulmine feriebat, longo antea tempore sancita, determina-  
rat, confirmavit. Ita etiam nos, ratione potestatis, quam nobis per to-  
tum Christianismum contulit DEus, Apostolica auctoritate confirmamus,  
& præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut nulli omni-  
no hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel  
ei aliquatenus contraire. Supra scriptam itaque Upsaliæ & Daciæ Re-  
gum, de alterius præ altero prærogativa, deque finium separatione, pa-  
cificatoriam fœderis pactiorem, præsentibus utriusque Regum legiferis,  
tanquam senioribus, primariis nobilibus Regnorum & terrarum præno-  
minatarum ministris, juxta contentum tenoris instrumenti superius alla-  
ti, hoc anno ligatam, virtute harum literarum nostrarum, corrobora-  
tam, perpetualiter factam, ratam, & immotam stare, nec unquam irritam  
fieri, jubemus atque mandamus. Si quis autem nunc aut in futurum,  
contra hujus nostræ auctoritatis privilegium, & hanc nostræ confirma-  
tionis paginam, ire vel venire tentaverit, & quoquo modo, in parte vel  
in toto, frangere nisus fuerit, is, etiamsi sit Apostolicæ dignitatis perso-  
na, non solum indignationem omnipotentis DEI, & beatorum Petri &  
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum, sed etiam æterna excom-  
municatione, cum Juda traditore Domini, periturum, nisi resipiscat. Si  
verò vos jam, cum posteris vestris olim, nobis, imò beato Petro, in his  
obedientes fueritis (sicut de clementia Divina confidimus) & peccatorum  
vestrorum veniam, & Apostolicam benedictionem poteritis invenire.  
Imò cunctis hæc statuta, à nobis confirmata & roborata servantibus,  
sit pax Domini nostri JESU Christi, quatenus & hic fructum bonæ actio-  
nis percipiant, & apud districtum judicem, præmia æternæ pacis inveni-  
ant. Sed quia vos adhuc in fide rudes existitis, & in Ecclesiastica disci-  
plina



plina quodammodo claudicatis, oportet nos, cui totius Ecclesie Chri-  
stianae commissum est regimen, Divinis admonitionibus, frequentius  
vos posthac visitare, quamvis difficulter hoc agere valeamus, & propter  
longam terrarum intercarpedinem, qua à nobis distatis, quia remotissimi  
estis, & maximè propter ignotas linguas vestras nobis; Vos itaque A. &  
S. filii karissimi, quibus Regnorum curam & defensionem Christianitatis  
providentia Divina, ad partem commisit, auctoritate Apostolorum Petri  
& Pauli, paterno admonemus affectu, ut non solum excellentissimorum  
parentum vestrorum, jam jam bona senectute confectorum Regias pro-  
bitates, & virtutes egregias imitari, sed etiam ut commissa vobis in fu-  
turo totaliter regna, in concordiae justitiaeque custodia dirigatis atque  
disponatis; ac ita circa subjectos pacis jura & aequitatis discretionem ser-  
vare inter caetera virtutum studia satagatis, quatenus per temporalis re-  
giminis sollicitudinem mereamini aeternitatis percipere securitatem.  
DEus omnipotens, qui dives & copiosus est in misericordia, meritis, &  
auctoritate Apostolorum Petri & Pauli, & nostra per illos nobis, licet in-  
dignis, Divinitus concessa, absolvat vos & omnes fideles vestros ab o-  
mnibus peccatis vestris, et dirigat vos in omnem veritatem et volunta-  
tem suam, ut in hac vita vos promereri faciat, quod in aeterna beattitu-  
dine, multipliciter vobis adaugeta coronâ, retribuat. Amen. Et ut hoc  
auctoritatis nostrae Apostolicae statutum firmum, ratum, et inconvulsam  
permaneât, hoc instrumentum Epistolicum conscribi Secretique nostri  
impressione sigillari iussimus. Romae v. Kal. Octob. Indictione XII, Pon-  
tificatus nostri anno nono.



6

## CAROLI LUNDII

### NOTÆ ac OBSERVATIONES.



Not. & animad. ad  
Confirmat. leg. vet.  
Upland. p. 131. Ad Tit.  
Kon. cap. 1. p. 95.  
WestG. & ad  
Tit. Om Gambi.  
Wästg. Nämndt.  
p. 145.

Messen. c. II. Spet.  
R. Sviön.

Worm. in Descript.  
limit. inter Dan. &  
Svec. Not. & Anim.  
p. m. 31.

Pref. ad Lect.

Diff. Pref. ad Lector.

Not. & Animadvers.  
p. m. 31. & seq.

Limit. inter Dan.  
& Svec. p. m. 28 &  
sequentibus.

D. p. 31.

Ulamvis in notis ac observationibus, studiosè antiquè persecutus, ad Latinam potissimum versionem Legum Uplandicarum, & W Gothicarum etiam, rerum attributionibus rectè perpensis, satis superque de prærogativa disseruerim, quâ quidem inter omnes Reges Septentrionis unus Upsalensis eminuerat, adeoque pluribus simul comprobaverim lectionem pævetustam Decreti, ipsis illis nostris legibus annexi, de hoc argumento, limitibusque tempore Amundi Slemme positis, quibus Scania, infelici Sveonibus omnine, ab cetera Gothia discerneretur; ut operæ jam nunc pretium vix ac ne vix quidem, primâ fronte, censeatur, alia quasi lucem luci meridianæ fœneratura adjicere: nihilo tamen secius, ut orbi literato, certo certius, aliis etiam antiquitatis, amicorum, in iisque mihi amicissimi viri, summè Reverendi Præclarissimi que D. NICOLAI RABENII, SÆ. RÆ. MTIS. Concionatoris, Consistorii Aulici Adfessoris, & Antistitis designati Hedemorensis, operâ, comparatis monumentis, consistere possit, qua veritate nitatur, quàm omni adfervatione adversarii affirmant, sententia; & idcirco de nihilo, virum clarissimum, D. Olavum Worm, Messenio nostro (cujus nescio animi, an ingenii major in hoc capite laus contineatur) dixisse contumeliam, quasi *verba* Decreti hujus *detorquere* non dubitasset *in sensum contrarium*, Wormium ipsum, nomine reliquorum, monumentis omnibus quasi virgulâ Divinâ suppeditatis, animose loquentem, & de immerente malè merentem, magnoq; & solido ipsum sese infortunio multatantem audiamus. Sufficit enim, inquit, mox secum Messenio ritè compositurus, sua opinione, debili, & nullis omnino viribus innixo, *extare in antiquissimo hoc codice literis Runicis ante annos bene multos exarato egregium antiquitatis monumentum*, ut in præfatione ad lectorem appellat; *in legum Selandicarum volumine, anno Domini MCCCCX in profesto Annunciationis beate Mariæ Virginis typis Gothofredi Gemmen impresso: in Chronico vetustis Rhythmis Danicis Hafniæ edito anno MCCCCXCV.* Sed pace auctoritatis tuæ, Clarissime Worm, dixerim, ipsum te statuisse egregium hoc monumentum, sive Codicem legum Scanicarum, *insciatâ vel malitia eorum qui tractarunt mancum esse ac mutilum; & locum etiam de limitum inter Sveoniæ & Daniæ regna designatione insigniter depravatam*, ut idcirco suppleendus sit ex *iis quæ ad calcem Legum Selandicarum leguntur.* Quare neque ego magnopere commendaverim egregium hoc tuum monumentum; quamvis nihil agat de Regum Sviöniciæ prærogativa, utpote quam nescio quâ fide excluderit, de qua tamen potissimum nobis sermo sit futurus. Quod autem attinet ad volumen legum Selandicarum, quod editum esse refert *anno Domini 1600 x. in profesto Annunciationis beate Mariæ Virginis, typis Gothofredi Gemmen;* id utique in ipsius extremo voluminis, quod mihi ad manum est, longè aliter & verè hoc modo excusum legitur: *Trykt i Kjøpenhaffn Anno Domini MCCCC de V in profesto annunciationis beate Mariæ Virginis hos Gorfrid off Gemmen.* Hoc est: *Impressum Haunia Anno*

Dn.

Dni clō lv̄ profesto die annunciationis beatae Mariae Virginis, apud  
 Gothofridum de Gemen: ita ut adversarii isti omnibus consiliis huic se-  
 culo antevertendum existimaverint, & pro quinario, tu etiam Clarissi-  
 Wormi, numero denarium, nescio quomodo, legeris. Quod quidem  
 volumen formis æneis Ao. MDLXXVI iterum descriptum Haunia. Id  
 enim verba sonant Codicis: Nu igien prentet vdi Kibbenhaffn Ao.  
 1576. lige effter den gamle Lowbog / med samme gamnel Danske / line  
 fra line / ord fra ord / capittel fra capittel, aff Wraß Wingaardt. Id  
 est: Nunc iterum excusum Haunia Anno Domini clō lv̄ LXXVI, ad ex-  
 emplum & exquisitam omnino descriptionem veteris, antiquâ eadem  
 lingua Danicâ, dicto anno, editi, versu versui, capite capiti, ad verbum  
 aduizatè respondentibus, operâ Marthæ Wingaardt. Excusum itaque  
 monumentum hoc prodit (nullâ factâ, ut ad ceteros libros locosque  
 adnotatione, incuriâ quid officinæ irrepsisse) contra fidem Codicis le-  
 gum Selandicarum, & eo insuper anno, quo ratio istæc formis æneis  
 describendi prorsus ignorata; quippe cum anno potissimum clō cd xl  
 Argentorati primùm inventa, & Moguntia inde perfecta, proximo  
 inlequenti tempore penes inventores ferè, Johannem inprimis Men-  
 telium, & Johannem Guttentbergium; consiliis in privato seductisque  
 à pluriùm conscientia habitis, spe majoris lucri, delituerit. Lucem ve-  
 rò hæc ars nacla auspiciatam erat anno potissimum clō cd lxxii, uti fe-  
 rè Scriptores (de Scaligero nunc siletur, in annum hoc rejiciente ejus  
 seculi xlviij) cõmmuni ore calamoque; & idcirco nullum metuentè  
 infortunium, circumferunt, ut usui dein passim esse publico cõperit;  
 tam in Germania, quam Gallia, aliisque Europæ partibus. Undè si-  
 mul luce clarius apparet, quæ sit sublevis fides argutiis nonnullorum  
 habenda, quibus aliàs incauti, ubi præcauto sit opus; ad credendum  
 induci poterunt, esse hoc idcirco verum nec adulterinum censendum  
 monumentum, quod supradicto anno Haunia excusum fuerit, quo  
 tamen artem hæc, uti jam ostensum; excudendi, siue ita per librariorum  
 excubendi juxta cum ignarissimis nescirent & Haunia, & aliis in locis  
 Europæ degentes. Sed esto sane! fuerint Librario, qui descriperat,  
 lippî oculi, ut necessè fuerit, sordes ad fugientes literas rectius videri-  
 dum detergerentur, quas lippitudo aggresserat: sensum oculorum so-  
 lito vehementius presserat amor patriæ, ut umbram pro Junonè ca-  
 ptarit: fuerit hunc in modum aliàs excusum, uti refert vir doctissi-  
 mus, contra fidem codicis etiamnum exstantis legum Selandicarum,  
 contra fidem historiæ. Quid tamen inde roboris sequatur ad vim ve-  
 ri elevandam evertendamque quivis profesto viderit, qui vel quic-  
 quam corde sapere, vel oculis uti volet. Etenim, sicut aliàs nihil fir-  
 mamenti, & nihil virium falsitas habet: sic in hac re falsa narratio ab  
 ingenii doctorum ac prudentium omnium omnino repudiatur. De  
 Chronico verò Rhythmis Danicis edito anno clō cccc xcv nulla movè-  
 tur in præsens controversia, quippe cum limites istos, quorum qui-  
 dem faciat mentionem, esse tempore Tviskeggii positos, fateamur at-  
 que profiteamur. Quò ruis igitur? Clarissime Wormi! collige vela,  
 & extra vim, quum manifestò tenearis; veri sapere noli. In canali-  
 cola forensi, & mensis inerrante scurra excordem censerem immodè-  
 stiam, si nihil mali merito malediceret. Quâ, malum, Tu, vir tanti  
 ingenii, tantusq; humanitatis & antiquitatum Danicarum Doctor, fron-  
 tē contendis, quæ typis totj mundo publicata sunt ad codicem le-  
 gum

Chron: Argent: 83  
 Mogunt: ad Ann. clō  
 cccc XL. Gab: Naud:  
 in Addit: ad vit. R.  
 Lud: XI. Polyd: Verg:  
 De Invent. Rer. lib. II.  
 c. VII. Anton. Pay.  
 Diss. ad Instit. Jus-  
 tin. Imperat. pl. p.

Worm. Not. & A-  
 nimad. ad limit. inter  
 Dan. & Suet. p. vii



Videsis, b. Leff. Sam-  
mun virum, Olavum  
Borrichium Praefat.  
ad Anal. A. Cog. D.  
Ll.

gum Selandicarum, Messenium nostrum, *more suo, nequiter perver-*  
*tisse?* planè immemor humanitatis illius, quam humaniores literæ, &  
Divina humanaque jura præcipiunt. Quid igitur? quod omnes co-  
dices manu exarati legum W. Gothicarum, omnes fide dignæ mem-  
branz, omnes hujus argumenti publicæ literæ auctoritatesque confir-  
mant; nihilne id valebit? quid viri per orbem eruditissimi? non sin-  
cera monumenta, non incorruptos testes, non tabulas exceptione  
majores, non veritatis lucem sequentur? Monumentum, quod lau-  
das, ad calcem Legum Selandicarum falso adfuturum se satis ipsum o-  
stendit, utpote mutilum, corruptum, perversum, monstruosum. Mo-  
vebuntur tali omnes antiquitatum literatè periti, quale, ut arbitra-  
mur, nullum unquam erit, &, ut confirmare possumus, nullum cer-  
tè fuit. Sed & *allegat*, inquis, *leges Vesgothorum, que ubi in rerum*  
*natura extant, aut extiterint, nondum docuit.* Quid Tu ita suspicatus  
sis, videmus omnes. Hoc tamen verè licet dicere, neminem paulò  
humaniorem eas, in præsentia exstare dubitaturum, & olim etiam  
exstitisse. Nonne manibus teruntur & visu usurpantur, auctoritate  
publicâ, jussu SAE. RAE. MTIS. publici juris pridem etiam factæ? Quarum  
simul consensus concentusq; cum legibus VisiGothorum extra patriam  
in notis nostris ad ipsas has leges, earumque Latinam versionem,  
occasione sic invitante, commonstratur. Ab rei igitur ignoratione  
nullum duci potest debetque argumentum ad eam negandam; quip-  
pe quum verear ne talis argumentandi ratio non modò non profit,  
verum etiam penitus causæ tuæ obsit. Adhæc urges, publicatas Re-  
gni Sveoniæ leges, *que procul dubio ex particularibus singularum pro-*  
*vinciarum sunt excerptæ, & moderno (ore tuo heic loquor) Regni sta-*  
*tui accommodatæ, hujus ne minimum exhibere vestigium.* Urges, in-  
quam, & in eo peritas. Quasi verò in hoc cardo rei vertatur, aut nos  
factum id esse, aut fieri oportuisse adfirmemus. Nihilo tamen secius,  
victorium gentis nostræ armorum, ac potentia Regum Svionia, ex-  
cellentisque prærogativæ, de qua nunc potissimum agimus, quæque  
ceteras Septentrionis gentes nationesque, & ipsarum etiam rectores  
principesque antecesserint, expressa vestigia principio & Codicis illius,  
& tituli de Rege exstare cernimus. *Sweris Riste är aff hethna*  
*mård samt samankomit / aff Swea Land och Göttha: Swea kalladis nor-*  
*dan Sko.oh / och Göttha sunnan Skogh. Twenne äro Göttha i Swe-*  
*rike / Västgöttha och Wästgöttha: En finds Göttha namn i skrom*  
*Landom fast ständande / vthan i Swea Riste / för thy / ar aff them*  
*vthsyreddis Göttha namn i annor Land som Skrifften sägher.* Hoc  
ita verè interpretatur: *Svionia imperium ab remotissima profanorum*  
*temporum memoria ex duobus regnis Svionia ac Gothia coaluit. Svionia*  
*nomine regiones omnes ad Boream sylvæ, Gothia verò ad meridiem con-*  
*continentur. Gothi propriis adhuc nationibus nominibusque discernuntur:*  
*alii enim sunt OstroGothi; VVestroGothi alii. Non reperitur Gothorum*  
*nomen pluribus in regnis fixum & stabile, nisi in imperio Svionia: quip-*  
*pe cum ab illis nomen sit Gothorum in alias terras propagatum, prout*  
*historia ratio evincit.* Quid tuis igitur Jutis fiet & Jutonibus, qui tibi  
iidem qui Gothi; quorum quoque *originem* (tuo iterum ore loquar)  
nullibi dicis reperiri, præterquam *is in regionibus, qua Danica jurisdi-*  
*ctioni jam sunt subjectæ.* Nimirum nusquam reperiri dicis originem  
nomenque ita Gothorum, nisi in tua *Jusia.* Verum salva res est: i-

e. t. princ. Kott.  
Dr. LL.

Worm. Lit. Rom. c.  
IV. p. m. 28.  
p. m. 24.

9  
 pfe tibi non credis. Duabus enim paginis interjectis doces, propriè  
*Cimbricum iis competere nomen, qui Chersonesum Cimbricam: Gothicum*  
*qui Scandiam & Gothlandiam: Danicum autem qui Balthicas incolunt*  
*insulas. Vah inconstantiam! Quin & paulò post te ludere significas;*  
 quippe cum tibi hoc in loco non tam de re ipsa, quam vocibus & appel-  
 lationibus sermo sit. Si alius dixisset, audaciæ profectò ac temeritatis  
 eum columen vocassèm. Namque si in re ipsa falleris, & auctores  
 etiam tui; necesse tuo ipsius iudicio istæc tua, de origine Gothorum,  
 inanes sonos fundens sententia, & appellationes consutæ sint falsæ.  
 Mirari sanè subit, quò factum, quod contra principium legum, quas  
 tute laudas, communium, auctoritate Regis tui Christophori (utpote  
 qui Daniæ quoque Rex fuerit) publico nomine confirmatum, contra  
 historici lucem, peculiari opere monstratam, verba ejusmodi pro-  
 tuleris. Diploma ipsum hodieq; in Tabulario Regni adservatur; cu-  
 jus in extremo verba ita se habent: *Ut ergo hujus compilationis materia*  
*quæ quaritur, facilius inveniat, capitulorum ordo sequitur, qui est*  
*talis: Swerikes Rikse är aff hedhna wård saman komit / aff Swea*  
*Land och Göttha &c. Datum Stokholms, in crastino Philippi & Jacobi*  
*Apostolorum; Anno Domini M. CD. XL. secundo.* Hæc R. Christopho-  
 rus. Quod autem leges Regni communes è particularibus excer-  
 ptas esse referas, id quidem verissimum est, sed ex O. Gothicis potis-  
 simum & Uplandicis, ut ipsæ sese, collatione factâ, commonstrant,  
 perpaucis tantum versibus è W. Gothicis, & aliis, quasi corpori huius  
 juris insertis. Sed nunquam ego hercule neque limites W. Gothiæ,  
 neque eorum designationem, & arbitria facta finium regundorum,  
 neque cetera huc spectantia in legibus communibus numeranda duxerim.  
 Certè, clarissime Wormi, non te tam barbarum, neque tam  
 imperitum fuissè rerum existimaverim, ut non sciveris, neque legi-  
 bus communibus hæc talia adtexta convenisse, neque iis adjici potu-  
 isse, rebus jam tum aliter se ferentibus, & Hallandiæ etiam ditionis fa-  
 ctâ Svionum. Quorum omnium cum ita sit comparata ratio, satis  
 utique pœnarum, ut manifestarius etiam habiturus erit, quisquis ille  
 sit tantarum harum ad leges Selandicas adfutarum argutiarum primus  
 auctor (nam de cl. Wormio istæc omnia credere, candor viri prohibet)  
 in temeraria confessione ordinis, quem in rei narratione, sui plane  
 immemor, adhibet; in turpissimo vitio calculi; in tæterrimo er-  
 rore historici; in decreti ipsius, quod audacissimè violatur, expressiori  
 sermone, & in eo, quod de cetero ab isto insigni impudentiâ com-  
 mittitur. Id quod benè hercle ab eo, ut in histrionia adornanda, quò  
 aliqua sit fabulæ gratia, factum, & factum ita gaudeo, ut eo effica-  
 cius atque insignitius ad sui vindictam germana procedat veritas. De-  
 cretum autem illud quum perversè, confusè ac corruptè, uti dudum  
 diximus, legatur in codicibus à te, clariss. Wormi, allegatis, multo  
 utique rectius, plenius & planius, atque uti res est, in legibus nostris  
 W. Gothicis exaratum cernitur, ut inde quoque ejus omnia peti atque  
 erui possint debeantque capita. Quæ quidem Pontificali Pontificis  
 Agapeti II auctoritate, de more sectæ istorum temporum, Amundus  
 & Sveinotto ritè confirmata voluere, prout apparet ex literis dicti  
 Pontificis, & exemplo etiam ab senis postea Episcopis jussu Waldema-  
 ri Daniæ Regis recognito, quod inde cum autographo in omnibus  
 congruere testati sunt. Si igitur tibi ad manus, Cl. Wormi, & leges

p. m. 27.

p. 37.

Confrim. legum  
 Comm. Regni Sveon.  
 auctore R. Christopho-  
 ro, in extr.  
 Adde sis Zamolæ  
 nostr. c. II.

r. XI. p. 1. Ron. Or.  
 11.

hæ W. Gothorum fuissent, & literæ Pontificales, & earum etiam exemplum; apud Te plus certè, quam tua sive auctoritas, sive natura paullo acrior, sive quædam dulcedo asperitatis valuissent, nihilque sanè his in rebus fuisset, quod non tandem poenitisset.

Plat. & reliq. vit.  
Pontif. Script.

Onupbr. Panv. Veron.  
vita Agapeti II.

Chronol. Venetiæ  
edit. Ao. CHRISTI 1670  
DLVII. Et Ind. Regi-  
stra appellant, Tabul.  
Rom. Cur.

Dist. XXI. c. 1. &  
Gloss.

Dist. XCIX. c. II.  
pariter cum Gloss. &  
Can. Concord. pl. p.  
Adle sis Cantel.  
Histor. Metropol. Urb.  
p. 1. Dissert. t. c. II.

Gregor. Epist. lib. IV.  
Ep. LXXVI. LXXVIII.  
LXXX. LXXXII. lib. VI.  
Ep. CLXVIII. & dua-  
bus sequentibus.

Onupbr. Adnotat.  
ad vitam Bonifac. III.  
& auG. ab eo alleg.  
Addantur Gloss. Jur.  
Canon. pl. loc. &  
plur. Can. potiss. Dist.  
XXI. Can. I. II. & III.

Anaclet. ad omnes  
Episcopos Ep. III. c. 3.  
Dist. XXII. c. II. & pl.  
sequentibus usque ad  
fin. Dist.

Synod. Constanti-  
nopol. I. c. V. Syn. VI.  
Sub Justin. c. 36. VIII.  
Syn. sub. Hadr. Pap.  
II. can. 21.

AGAPETUS.) In Petri cathedra sedisse hic Scriptoribus memoratur annos IX, menses VII, & dies X, Pontifex Maximus creatus XIV Cal. Junii mensis. Decretum autem istoc de limitibus, & insigni quoque Prærogativa Regis Sveoniæ confirmavit Anno Pontificatus sui nono, v. Calend. Octob. uti ex extremo literarum harum Pontificalium apparet. Cumque vir laudetur innocens historicis omnibus, & Reip: Christianæ amator, non utique mirum censeretur, Christianorum Regum ac populorum salutem & concordiam cordi ipsi fuisse. Vide sis Platinam & ceteros de vitis Pontificum; & Pontificum Romanorum historiam, auctore Onuphrio Panvinio Veronensi, vitæ Agapeti II. Chronicis simul Venetiæ editis Ao. Christi 1670 LVII. & Indicibus additis Tabularii Romanæ Curie, cum blattis adhuc teneis; lucubantibus.

Episcopus, servus servorum DEI.) In Jure Pontificio ordo Episcoporum quadripartitus est. Alii enim dicuntur Patriarchæ; alii Archiepiscopi; alii Metropolitanæ; Episcopi simplices alii. De quorum omnium dignitate ac officio ad oram laudato canone fusè agitur. Cumque de Primatibus etiam in Historiis patriis fiat mentio, necesse simul alius conferatur canon, ut quo simul ostendatur, nullos Archiepiscopos, primates in canonibus vocari, nisi qui primas teneant regantque civitates, quarum Episcopos Apostoli & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates constituerant: nisi aliqua gens deinceps ad fidem converteretur, cui necesse esset propter multitudinem Episcoporum primatem constitui; prout verba se habent canonis. Sed quæ sit, inquis, quod heic, & aliàs etiam, Pontifex Romanus sese appellatum tantum velit Episcopum? Nonne hoc dignitati ipsius potestatiue (quam sibi adrogat) summæ directò adversari videtur? Scitè Onuphrius, ut multa: Cum Johannes, inquit, & qui ei successit Cyriacus Patriarchæ Constantinopolitani, longè majora moliri, & adversus ipsam sanctam sedem Apostolicam insurgere ausi essent, universalis sibi Episcopi nomen, & primum in Ecclesia locum, in præjudicium non solum omnium ecclesiarum, sed etiam Romanæ assumentes, Gregorium papam eorum superbia resistentem habuere. Et cum res Mauritii inertia sub S. Gregorio transigi non posset, eo mortuo, sub Bonifacio III ab Imperatore Phocæ ita constituta est, ut Rom. Pontifex, juxta Apostolica dogmata, & vetustissimam sanctorum patrum traditionem, primum omnino locum in catholica ecclesia retineret, secundum verò Constantinopolitanus antistes. Processu temporis, & præsertim post Photium patriarcham Constantinopolitanum, utraq; parte connivente, illud usurpari cæptum, ut ambo episcopi, Romanus scilicet & Constantinopolitanus Occumenici, id est, universales appellarentur; hic quidem universalis Patriarcha, non quod sibi uni aliorum jura vindicaret, sed quod iis dignior esset, primumque post papam locum haberet: ille verò universalis Papa. Additumque ut Pape nomen, quod omnium vocabulorum Episcopatum excellentius esse statutum est, solus Romanus Pontifex, cum ante omnibus commune esset Episcopis, retineret: quo uno, & illi tantum particulari nomine, potestatis ejus dignitas, & supra ceteras Ecclesias vetus prærogativa designaretur: ceteri verò quatuor episcopi præcipuarum

quarum sedium, videlicet Constantinopolis, Alexandria, Antiochia, & Hierosolymorum patriarche vocarentur. Ex his porro episcopus Constantinopolitanus Oecumenici nomen, quod initio usurpaverat, etiam continebat, & praesertim post Photium, atque ita scribere solitus est: N. N. misericordiae Divinae Archiepiscopus nova Roma Constantinopolis, & Oecumenicus Patriarcha. Episcopus vero Romanus superbi nominis ambizioso titulo semper abstinuit, neque alio quam humillimo nomine, videlicet: N. N. Episcopus, servus servorum DEI. In publicis tamen acclamationibus, quae in Missarum sollemnibus, & celebratione conciliorum fieri solebant, id tituli sibi ab aliis attribui aegre permisit: D. N. N. Universali Papae vica &c. Atque hic fuit litis finis inter duos summos Christiani orbis episcopos. Haec quidem Onuphrius. Et quamvis longiora sint, nihilo tamen secius adijcienda putavi: praesertim cum omnia confirmantur non historicorum tantum plurium testimoniis, ab ipso auctore laudatis & ad vitam dicti Bonifacii, & aliarum etiam plenius: sed canonibus quoque Pontificiis, capitibus conciliorum, & ceterorum auctoritatibus sectam & instituta Pontificis Romani sequentium; ut ex locis à nobis ad marginem supra allegatis apparet. Quin & hoc notandum, Rom. Pontificem *servum* heic dici *servorum DEI*, ad imitationem potissimum Gregorii, qui primus vocari ita voluit. Cumque tria sint genera, quae in omnibus, quae in scripto aguntur, non controversiam solum facere possint, sed falsitatem quoque evidenter arguere; nimirum simulatio, discrepantia scripti & voluntatis, scriptura contraria: idcirco de his differendi dabitur occasio in sequentibus; ubi simul monstrabitur, ipsis verbis rerumque momentis stante sententia, quae rectè elicitur, omnia quae inaniter ostentat Pontifex in speciem humanitatis, modestiae, & despicientiae in contemnendis honoribus, ad nihilum omnino recidere.

De nuperrima nova gentis vestra conversione. Novam hic appellat Pontifex, quamvis longè antè Septentrioni nostro Christiana lux adfulserit. Sed profana tamen superstitio tam altas egerat radices in animis insita, ut ex iis omnino evelli sine magna difficultate, saepius etiam repetita, nequiret. Legis Scriptores à me longa serie recensitos tum aliàs, tum in notis ac observationibus ad Latinam versionem legum harum W. Gothicarum, Titulo de Christianis Regibus Svionum; itemque alio, de Christianis Episcopis in Sveonia. Quibus addi planè meretur *Breviarium Historia Ecclesiastica Vet. & Nov. Test.* eruditione, meritis in rem Christianam ac literariam, & dignitate eminentissimi Archiepiscopi, D. D. ERICI BENZELII; ubi quoque vir summus docet, in *Septentrione nostro Christianismum hoc seculo partim esse restauratum, partim confirmatum, & auctum, promovente negotium Rege Suecorum ERICO, qui postquam lavacro baptismi esset adpersus, dictus erat STENCHILLUS.* Idem hic ab ubertate annonae & omnium rerum abundantia, quae tum felix erat Svionia, *Arfall;* & ab insignibus suis plurimisque victoriis *Sigursall* appellatus. Vide notas ad cit. Tit. De Christianis Svioniae Regibus.

Amundi Upsalensis conregis, & SveinOtto proregis Dacia. Conregem Pontifex Amundum vocat, utpote in Regni admissum consortium, fide dignis Scriptoribus, qui ad id temporis ipsum hunc verè referunt, ad unum adfentientibus: & proregem Svein Ottonem, Danis etiam *Twiskeggium*, bifidae barbae, & *Tingoseggium*. Proregem,

Conferatur Praefatio viri summi, Theol. Prof. D. Laurentii Normanni in Orth. Confess. Cath. atque Apost. Eccl. Orient. p. 11.

Vid. Bod. lib. 1. DE Rep. c. 1X. p. m. 171. Reink. De Regim. Secul. & Eccles. lib. 1. Cl. II. c. IV. n. 57. & alleg. auct.

Leg. W. Gotb. Tit. De Christianis Reg. Svionum p. 140. Itemque alio, de Christian. Episc. in Sveonia. p. 142. Breviar. Hist. Eccles. vet. & nov. Testam. ad Sec. X. §. 1. Tit. De Christian. Svion. Reg. p. d. 1401 & seq.



**Ron. Ol. Trygg-**  
**wasons Saug. cap.**  
**XXXVII.**

*Lat. vers. Nob. Pe-*  
*ringkjöldii.*  
*Conf. Alb. Crantz.*  
*Chron. Dan. lib. IV. c.*  
*XXI. & XXII. Nec non*  
*Chron. Svet. lib. V. c.*  
*IX.*

*Adam. Brem. Hist.*  
*Eccl. lib. II. c. XLIX.*  
*Crantz. d. cap. IX.*  
*p. m. 551.*  
*Adde sibi Saxon. Hist.*  
*Dan. lib. X. n. LXIV. &*  
*seq. p. m. 93. lit. D.*

**Ron. Olaf Ha-**  
**raldf. Saug. cap.**  
**LXXXI.**

**Ron. Saugur/**  
**Wifingsb. vit. R.**  
**Har. Harsag. c. XV.**  
**Olaf Saug.**  
**c. XV. & LXXV.**

*Hervar. Saug. c. XX.*  
*Olaf Trygg. S.*  
*c. XCVII. & Odd. Mon.*  
*Saug. c. XLIV. &*  
*celeb. Rudb. Geneal.*  
*Reg. Atl. adnex.*

*Adam. Brem. Hist.*  
*Eccl. lib. II. c. XV. p. m.*  
*52. & 53.*

*Grot. Proleg. ad*  
*Histor. Goth. p. m. 81.*  
*Edit. Wifingsb. de E-*  
*mundo Erici filio.*

*Drnhelm Hist.*  
*Sveon. Gothorumque*

*lib. III. c. I. p. 158. &*  
*p. t. Fur. Christophor.*  
*II. c. XLVIII. Job.*  
*Striff. R. Senatoris D.*

inquam, eum ob prerogativam Regis Sveoniae, de qua in Historiis alias laudatis, & literis his Pontificalibus; tum vel maxime, quod pro Rege, hoc in negotio gesserit, imperii, de cetero, vivo etiamnum patre, non factus unquam socius. Sic enim **Ron. Ol. Tryggwasons Saug.** Haraldur Kongur billdi ecti tviskipra Dana veldi / oc bill ecti rifi sa honom: *Haraldus Rex filio SvenOttoni (iterata quamvis petitione) respondit, nolle bipartito divisum Dania imperium, aut filium in regni adscitum consortium.* Sicut etiam in eundem sensum haec verba rectissime exponuntur ab Latino interprete, Nobilissimo Perringskiöldio, hoc modo: *Sed iterato à patre ipsi responsum est, neutiquam sibi collubescere, ut in binas partes dividatur Dania imperium, nec regiminis eum participem velle.* Unde quoque habere imperium Svein Otto maluit, quam sperare, magnum momentum in adimendo patri regno faciente Christianae pietatis odio. Quo factum, ut in infesta atque inhumana adversus eum arma ferretur, honestissimis quibusque civibus novitate rei ac miraculo, cum exiret atque in vulgus emanaret, attonitis. Haec profecto magnitudo facinoris tam immanis, tam acerbi, tam turpis hodieque facit, ut nisi manifestò proferatur, credibile non sit. Accepto ita mortifero vulnere, propè acta jam aetate decursaque, parens decessit, ei in regnum succedente impurissimo isto & flagitiosissimo filio. Quem idcirco etiam meritissimo Crantzius *gemina impietate in parentem Haraldum, & summum etiam omnium patrem DEum nocentissimum* appellat; nempe, religionis Christianae stirpem ab radice convellendo, & victimarios templis, aris libamenta restituendo. Jam tum enim defecerat à fide CHRISTO data in baptisate; in cuius sanctè tenendam servandamque tesseram, Otto cognominatus erat, sponsore ad sacrum fontem Casare Ottone; cui fasces quoque imperii pater Rex Haraldus, fide sic perhibente annulum, submiserat.

*Suis suorumque parentum nominibus.* Parentem SvenOttonis fuisse Haraldum Daniae Regem jam meminimus. Quod autem ad Amundum (alias Emundum) attinet, certè liquido ex literis Pontificalibus, & historiis invictè veritatis constare videmus de hoc Rege: Et Svenonem *Tvisfegg* defuncta conjuge Gunhilda, Burislavii Vindaliae Regis filia, Erici Victoriosi quondam uxorem Sigridam, cognomento *Storrada* matrimonio sibi conjunxisse. Filium ita Erici Amundum fuisse refert Adamus Bremensis, cui potissimum credimus, quod aetate proximus erat. Ut vehementer idcirco fallantur, legentesque fallant, in remotiora aut propiora nobis tempora Regem hunc Amundum & Svenonem *Tvisfegg* rejicientes. Sed & falsò spurius censetur Amundus, ut qui lege moribusque à folio Regali exclusus fuisset. Didit autem Slemme, quod per stultitiam blanditius Svenonis delinitus, regnum, avulsà determinatamque Scania, magno suo dedecore, majore regni incommodo detrimentoque diminuisset, non secus ac disertis verbis antiquissimae Sudermannorum leges *Mss.* inculcant atque declarant his verbis: *Thån Konunger Sverichis landamåre utuidir / dr batre ån Emunder Slemå sum thåt med folscho sinne mykt minskade / Ra han Konung var. h. c. Rex imperii sui terminos augens & amplificans, Emundo Sleme, qui stultitiã suã eos multum diminuit, quam Rex esset, hoc me-*

*lor*  
*sequentibus. Tit. Erffvte. legum omn. veterum. c. XIV. Juris comm. vetust. b. t. c. XIX.*  
*Ericus Upsal. Hist. lib. II. 42. p. m. 65. 66. 67. 68. 69 & 70. L. Paulin. Hist. Art. lib.*  
*Loccen. vit. Emund. Slemm. Suderm. vet. leg. Mss. Ron. St. c. III. art. IV. ex Biblioth. illu-*  
*Claud. Fleming. Not. nostr. ad Leg. Upland. p. 181. Memb. vet. Mss.*

lor censetor. Hinc & *mißli folscha* magna dicitur istæc stultitia in membranis veteribus. Stultus Latinis est, qui ineptè & imprudenter agit: stolidus, hebes & propè vecors: fatuus, qui omnino desipit. Equidem fateri convenit, ut alia, sic hoc vel maximè cum adeo ineptè & imprudenter egerit, ut omnino desipere sit visus; ideoq; non stultum solum, sed stolidum etiam & fatuum eum esse habitum. Videatur Chronicon Sveoniæ vetustum ejus vitæ: ubi simul, ob hoc potissimum factum, *owijs faane/ inspiens & fatuus* appellatur. Rei huic congruenter convenienterque vitæ ejusdem, Laurentius Archiepiscopus Upsalensis: *En sörnufftig / wiso och Gudfructig Furste är en synnerlig Gud; gåfwa / men en oförnufftig / och oförståndig herre är Landzems plåga:* Hoc est: *Pius, sapiens ac prudens princeps, singulare DEI donum est; verum imprudens, stolidus & vecors, pestis ac perniciës civitatis.* Ita enim rectè hæc à nobis de Gothicis transferuntur. Cumque *slame* sive *slème* sit à *Slama* seu *Sléma*, quod est *nequiter disperdere, contra jus fasque diminuere*; idcirco à Danis Amundum hunc in monumentis suis *Slème* etiam vocantibus, simul ostenditur, contra jus fasque ab regno Gothiæ avulsam ita Scaniam fuisse. Ditionis indè Regum Daniæ ferè fuit Scania usque ad ætatem Magni Erici, quo Rege XLIX millibus bessum sive *marcarum* argenti puri, ponderis Colonienfis, intentius instante Daniæ Rege, redempta fuit, Regnoque rursus adjecta; uti ex ternis literis in lucem jam diu editis excusisque alienationis ritè factæ, dominiique dictæ regionis additionis, pariter cum continentibus omnibus atque adjunctis, quæ simul enumerantur, evidentissimè liquet: tabulis id ipsum, quibus expensâ pecunia lata sit, acceptaque relata, adeo confirmantibus, ut necessè cuncti censuerint, ad incertum revocari bona, fortunas, possessiones omnium tam privatorum, quam populorum Regumque per orbem, si ulla ex parte sententia sollempnium ejuscemodi instrumentorum diminuta, aut infirmata fuisset. Dignissimæ profectò sunt, quæ cum cura legantur releganturque; quippe quibus commemoratur, nihil ab regibus Daniæ tactum, nihil veteratorum, nihil in fraudem Regum Regniq; Svioniæ unquam hac in re tentandum: omnia simplicia ac sincera, omnia apèta, omnia perspicua futura; Scaniamque ab Gothiæ, totumque cunctarum terrarum ad illam pertinentium tractum nunquam divulsam iri, sed æternùm Regibus Regnoque Sveoniæ in posterum rectè mansurum. Quæ quidem omnia *bonâ fide & sub honore*, uti verba se habent, *Regali, suo suorumq; successorum & heredum nomine* promittit spondetque Rex Daniæ Waldemar, ipsis sese literis ita Latine ostendentibus, ut benivolus lector non tam cognoscere ex me causam possit, quam ea, quæ illis contineri scit, mecum recognoscere. Unde eodem anno, nempe MDCCCXLIII, Varburgi conjunctio inita perfectaque est, cujus quidem virtute, ac literarum supra laudatarum, naturâ quasi compositâ, Scania adhæsura esset Gothiæ in perpetuum, finisq; foret territorii, juriumque territorio continentium in medio freti Balthici, in ipso *Passagio Dresund.* Cujus quoque mediætas hoc nomine in veteribus auctoritatibus, monumentis, instrumentisq; plusculis venire cernitur. Instrumentum verò dictæ conventionis & conjunctionis ordinum, typis antea curâ p. m. Messenii & Hadorfii editum quum lacunulâ, exempli sive apographi vitio, labore, & nonnulla etiam alia minus re-

Vid. Plaut. Bacch. v. 1.2. & Barb. ceterosque ad b. l.

Chron. Sveon. vet. Rhythmis comprehensum, vitâ Emundi Slenme.

Lasur. Archiep. Ups. nec non Olaus Petri, vitâ ejusdem.

Videantur Acta ritè consignata Helsingaburgi, Ao. Dni. MCCCXLI. VIII. Beat. Job. Evang. Et alia Varburgi, Ao. Dni. MDCCCXLIII. VIII. Beat. Mart. Episc. Itemque Alia Varburgi, Ao. Dni. MDCCCXLIII. Fer. V. ante festum diem S. Cecilie Virginis.

Conf. Not. ad Leg. Upland. p. 137.

Acta publ. edit. Stockholm. Ann. MDLXXVI. p. 16. & sequentibus.



ctè in eo legantur; idcirco è membranis melioribus rectius exscri-  
 bendum curavimus verbis sequentibus: *Universis presentes literas  
 inspecturis, Petrus Lundensis & Hemmingus Upsalensis, divina misera-  
 tione, Ecclesiarum Archiepiscopi. Petrus Lincopensis, Siggo Scarensis,  
 Frenderus Strengnensis, Oedgislus Arosiensis, Hemmingus Aboensis, &  
 Boëtius VVexionensis Ecclesiarum, eadem miseratione, Episcopi. Jo-  
 hannes Monasterii Sanctorum omnium in Lundis, Ragnvaldus in Alvaströ,  
 Svenö in Herigede, VVinmarus de Varnhem, Andreas de Onith, Folcho  
 de Novavalle, Michael de Biakkiaskog, Hinricus de Saba, Benedictus de  
 Thomatorp & Andreas de Asylo, Abbates. Petrus Dalbyensis, & Gode-  
 fridus de Eskilstunum, Priores. Nec non Capitula Ecclesiarum Kathe-  
 dralium, & Conventus Monasteriorum predictorum, salutem in Domino  
 sempiternam. Cum regnum Suecia, & terra Skania ita legaliter &  
 indissolubiliter unita sint & conjuncta, quod unum de cetero regnum  
 censei debent perpetuis temporibus, ac unius regis presidio gubernari,  
 sicut patentes litera & manifesta instrumenta super hoc edita lucidius  
 edocent & declarant; Nos unionem memoratam prompto & benivolo  
 amplexantes affectu, firmiter promittimus, quod magnifico principi Do-  
 mino nostro Karissimo, Domino Magno, Regi Suecia, Norvegia & Skania  
 illustri, suisque successoribus & heredibus, pro dicto regno Suecia &  
 Scania in unione prefata retinendo, nec non pro eodem, cum suis juri-  
 bus & justitia, contra omnem hominem defendendo assabimus fideliter  
 verbis, factis, consiliis & auxiliis, quantum possumus, jure Ecclesie, or-  
 dine & officio nostro salvis, habitari deinceps limites dicti regni Sve-  
 cia, qui ante citra Scaniam tenebantur, in ipso passagio Orasund, eos-  
 demque usque illuc una cum aliis confinibus & limitibus ejusdem regni  
 Suecia & Scania, ubicunque illud hostiliter invadi contingat, cum omni  
 fidelitate & toto posse nostro, viriliter & unanimiter, cum DEI adju-  
 torio defensuri. Ceterum revolventes sedulo in intimis cordis nostri,  
 quam plena sit periculis & onusta dispendiis intestina dissensio, ea potis-  
 simum qua solet multotiens ex vacillatione regiminis provenire, & tan-  
 tis malis, quantum DEUS permiserit, prospicere circa regni regimen cu-  
 pientes, firmiter promittimus, quod inclitum Domicellum, Domicellum  
 Ericum, filium dicti Domini nostri Regis seniore, juxta consilium &  
 voluntatem ejusdem Domini nostri, in Regem & Dominum nostrum su-  
 per dictum regnum Suecia & Scania terras, Provincias & insulas tri-  
 butarias ad idem regnum pertinentes, omni quo decet honore, secun-  
 dum debitam formam & consuetudinem, ab antiquo jure, in Regno Sve-  
 cia approbatam, in loco pro Electione Regis deputato, unanimiter &  
 concorditer eligemus, obligantes nos & nostrum quemlibet extunc ad  
 serviendum sibi cum omni obedientia, fidelitate, servitiis, homagiis, &  
 favore, prout ex debito veri subditi tenentur Domino suo facere & ve-  
 ro Regi, salvo per omnia eidem Domino nostro Regi Magno patri ejus ju-  
 re regendi, ut prius, praeicipendi, ordinandi ac statuendi toto tempore  
 suo quo superstes fuerit, circa nos, subditos suos & regni res ac nego-  
 tia qua pro commodo & utilitate ipsius regni viderit expedire. Item  
 promittimus firmiter, ut prius, quod si prefatum Dominum nostrum Re-  
 gem Magnum, quod DEUS avertat, nobis viventibus migrare contigerit  
 ab hac luce, inclite Domina nostra Regina, Domina Blanca, & dicto  
 Domino nostro Regi Erico ad honorem & servitium in omnibus fideles  
 erimus, eisque in suis juribus in Suecia & Scania fideliter assabimus*

*juxta*

juxta posse. Et si idem Ericus rex noster protunc minor annis fuerit, sibi & Regno suo Suecia & Scania, juxta consilium, consensum & ordinationem Nobiliorum ejusdem Regni Suecia & Scania, tutor indigena deputetur, & castra omnia & regni munitiones, cum eorundem consilio & provisione per indigenas gubernentur, donec eum ad legitimam aetatem DEus dederit pervenire. Si vero dictum Dominum nostrum Ericum Regem sine liberis exstantibus decedere contingat, tunc alium de filiis Domini nostri Regis praedicti Magni superviventibus, qui convenientior & aptior habeatur, in Regem & Dominum nostrum super antedictum Regnum Suecia & Scania, terrasque, Provincias & Insulas memoratas, & nullum alium rite & rationabiliter, ut convenit, eligemus. Item, si ipso Domino nostro Rege Erico supra dicto supervivente, vel ejus liberis exstantibus, contingat Dominum Haquinum fratrem ejus, quem idem pater ipsorum Dominus noster Rex Magnus Regno suo Norvegia praeficiendum duxerat, principatum seu regimen Regni Suecia & Scania, contra istud patris sui, matris, & nostrum factum velle usurpare; tunc eidem Domicello Haquino totis viribus resistemus, quod etiam proceres & Domini in Regno Norvegia promiserant, quod eidem Domicello Haquino in nullo penitus consilium, auxilium vel favorem ministrabunt, quocumque praetextu contra hanc constitutionem veniat, vel contravenire attemptet in futurum. Similiter si contingat Dominum nostrum Regem Ericum supra dictum ad Regnum Norvegia velle se intrudere, Domicello Haquino & ejus liberis exstantibus, pari modo promittimus, quod in hoc facto ipsi Domino nostro Regi Erico memorato nullatenus coadjutores erimus, aut fautores. Et si contingat, quod uterque dictorum fratrum, vel eorum alter, contra praemissa patris, & matris eorundem & nostra facta venire voluerit, & alienigenarum seu extraneorum ad hoc auxilium adduxerit, & per hoc regnorum praedictorum aliquod hostiliter invadere seu subintrare attemptaverit; extunc regnum utrumque, scilicet Norvegia, Suecia & Scania unanimiter & insimul totis viribus & posse, huic eorum voluntati resistere efficaciter laborabit, quocumque regnorum praedictorum prius vel pluries circa talia fuerit necessitatum, ad hoc finaliter & intente, ut eorum paterna tam provida pacis simul & concordiae praedicta in suis viribus & pleno robore irrefragabiliter perseveret. Et si memoratum Dominum nostrum Regem Magnum plures contingat habere liberos, protunc promittimus, ut superius, quod ipsorum quemlibet utriusque sexus in suo jure & honore juvabimus, prout ipsis & eorum statui, conditioni simul & sexui congruit & competit, secundum leges & statuta regnorum praedictorum tam Suecia & Scania, quam Norvegia, & juxta consuetudines in eisdem regnis approbatas. Verum si quis, cujuscunque conditionis aut status, contra praemissa, vel eorum aliquod in parte, vel in toto, se opponere, aut ea adnihilare vel infringere quomodolibet nostris temporibus attemptaverit; promittimus firmiter, sicut supra, quod eidem, quominus id efficiat, totis viribus & posse nostro viriliter & unanimiter resistemus, consiliis & auxiliis quantum possumus, Jure Ecclesia, ordine & officio nostro salvis. Quamvis autem libera & spontanea voluntate ac affectanti animo, hujusmodi negotium pro bono pacis fecisse dignoscimur, per hoc tamen juribus & consuetudinibus, in Regno Suecia & Scania ab antiquo tempore de Regum electione observatis, in nullo penitus volumus derogari, quin ad nos & successores nostros Regum

electio



*electio cum juribus suis omnibus, post mortem dicti Domini nostri Regis Erici, vel alterius Domini nostri, Domini Magni filii, quem ipso Domino nostro Erico Rege predicto sine liberis, quod absit, mortuo, in Regem, ut praefertur, eligemus, liberè revertatur. Ut autem praemissa omnia, & eorum quodlibet majoris habeant roboris firmitatem, sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Datum VVarabiergis, Anno Domini Milleesimo CCC quadragesimo tertio, in Octava beati Martini Episcopi & Confessoris.* Novum igitur fuit, non dicimus inusitatum, verum omnino ad haec tempora inauditum, sustinuisse Regem Waldemarum, à blanditiis postea illeto Magno, unde cognomen mox inditum, quæ justè alienarat, injustè, nullo soluto pretio, repetere. Mox, inquam, ei inditum cognomen *Smek*, sive *blanditiis delinito*. Quippe jam tum, more veteri, ita clam quidem mussitantes, vulgo tamen eum appellabant, conjuncto ab eo cum probro privato imperii dedecore; uti communis circumfert Scriptorum consensus contentusque. Viscus itaque merus ista erat blanditia, calamis aucupatoriis sensim eousque promotis, ut alas tandem verberarent. Retia mera ista colloquia, inter quæ hamum tandem voravit. Neque enim iis erit fides habenda, qui fortasse exemplo tantum ante dicto literarum Pontificiarum, atque sic religione solâ permotum autument, ad Scaniam Daniæ sine pretio restituendam: quamvis eum in finem, & ad repulsarum vitandas molestias, pariter cum epistola transmissum ad Magnum à Waldemaro fuisset; senis Daniæ Episcopis, utpote Roskildensi, Ribensi, Arufiensi, Burglavieni, Ottoniensi & Viburgensi, ipsum illud cum authentico ad amussim congruere testificantibus: adjectâ simul ab R. Waldemaro denunciatione, sive obtestatione, facultatis suæ non fuisse, contra formulam interdicti Pontificii, oppignoratione, venditione, aut alia quacunque nundinatione vim ejus aeternum valituram eludere. Ecce ita præclare se res habebat. Color factò allinebatur, qui neque taceri ullo modo potest, neque dici pro merito. Qua de re plura in sequentibus, quum & hominibus & rebus persona demenda sit, & sua, modo qualicunque, reddenda facies.

Videantur Acta istorum temporum publica, pariter cum exemplo sepe laudato Diplomatis Pontificii. Addatur Cl. viri, Viti Beringii Florus Dan. vitâ Vald. IV. p. 483, & pluribus sequentibus, potiss. autem p. 494.

Indic. (vulgò Registra) in Arch. Cur. Rom.

Theod. Spreng. De Praefens. illustr. Pap. n. I. II. III. IV. V. VI & VII.

Joach. Clut. Syll. ver. quot. Diss. tb. X.

Mart. De Jurisd. p. I. II. III.

Bodin. De Rep. lib. I. c. IX.

Grot. de mari liber. & citat. ab eo aut. c. III.

Diff. Ind. sive Reg. Cur. Rom. pariter cum observationibus ad ipsos hos Indices Doff.

Grot. laud. c. III.

*Ex universali regimine, quod nobis est commissum. Et infra: ratione potestatis, quam nobis per totum Christianismum contulit DEUS.* Quomodo Pontifex Romanus clientelam illustrem, & splendidorum regnorum ad se traducat; nempe Neapolis, Siciliae, Arragoniae, Sardiniae, Hierosolymorum, Angliae, Hiberniae, Hungariae, & aliorum, ex indicibus tabulisque publicis, quæ in Tabulario Curiae Romanae servantur, satis constare poterit: de quibus, præter alios, conferri meretur Johannes Theodorus Sprengerus, peculiari opere. Quid, quod in omnes summas potestates jus sibi superius adrogat, ad omnes Reges ac principes de viâ deflectentes in ordinem redigendos cogendosque? Hinc & in imperium Romanum, Regnum Hispaniae, Franciam, Russiam, Scotiam, Poloniam, Daniam, Croatiam, Dalmatiam, universam Africam, & omnes mundi, quâ quâ patet, angulos, jus hoc eminens ipse profiteri, & præ se ferre non dubitat. Quid? nonne Alexander etiam VI. Pontifex Romanus, utriusque Indiae, & quæ ad ortum Solis, & quæ ad occasum spectat, dominatum sibi reservavit, & Castiliae inde Lusitaniaeque Regibus, sub fide clientelæ, & ut jure fiduciario ab iis tenerentur, judicio finium regundorum, terminis arbitrio suo positus, adjudicavit. Hæc, & id genus alia, quæ versantur nobis,

nobis, in præsentia, ante oculos, nulla in re discrepare videntur à canonibus Pontificiis; ab insignibus, quæ sibi Pontifices Romani vindicant, duos in summo gladios continentibus, hac specie & figura.



c. 1. De Major. & obed. Extravag. Commun. & Gloss. l. p.

Vacuitas autem heic cernitur arca, quippe cum imaginem, quam à majoribus illustri loco nati acceperant, in ea quoque servare sint soliti; & hinc etiam variæ videntur imagines pro varietate gentilitæ originis. Quid igitur? quod servos seise servorum, secundum ante dicta, appellitant: nihil ne id valebit ad modicam & sapientem temperationem monstrandam servandamque, & ad sacris literis obsequendum, quibus non imperare, sed servire, quæque sunt summarum potestatum civilium iis omnino relinquere jubentur? nihil, quousque id agitur, id cogitur, in eo laboratur, ut, vigore temerata religionis, omnia in superstizioso imperio cultuque vertantur, & cervices Christianorum omnium turpiter jugo Pontificio subdantur. Quo quidem factum, ut quidvis antistites hi superbi perpetrare haud dubitaverint; nimirum cædes Regum ac principum nefarias, prodiones, parricidia, latrocinia, perjuria, & quæ sunt hoc genus alia, quandocunque sic fastui ac dominatui Pontificali conducere visum sit, avaritiâ semper hiante atque imminente bonis, facultatibus, copiis populorum omnium; ut quibus opus esset, metum adtulerint, quibus expediret, spem ostenderint, sui semper instituti, statusque sacro quasi mantello velati memores. Undè Gelasius Pontifex, verbis plus ostentationis quam falis habentibus, Anastasio Imperatori: *Duo sunt, inquit, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas Sacra Pontificum, & Regalis potestas. Nosti itaque ex illorum Te pendere iudicio, non illos ad Tuam redigi posse voluntatem. Et nonnullis interjectis: Honor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adequari. Si Regum fulgore compares, & Principum diademati, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum videas Regum colla & principum submitti genibus sacerdotum.* Itemque Johannes Pontifex: *Imperatores, inquit, Pontificibus subesse non præesse debent.* Et Clemens III. *Omnes principes terra, & ceteros homines episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat.* Nec non Innocentius III. verbis idem sonantibus, addens insuper: *tantam esse inter Pontifices & Reges differentiam, quanta est inter Solem & Lunam.* Ratio simul alio capite, auctoritate quasi Imperatoris Constantini, profertur: *Sicut enim beatus Petrus in terris vicarius filii DEI esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius Principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quam terrena Imperialis Serenitatis mansuetudo habere videtur.* Et paulò post: *Sicut nostram terrenam Imperialem potentiam, sic Sacrosanctam Romanam Ecclesiam decrevimus veneranter honorari, & amplius, quam nostrum imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari.* Concludo verbis Bonifacii VIII.

Dist. XCVI. c. X. & seq. Ambr. De dignit. Sac. c. II. Polyc. lib. I. Tit. XIX. Anselm. lib. IV. c. XII. c. XIV. d. Dist. Adde ffs Gloss. ad h. l. & Concord. Can. pl. p. c. IV. & c. VI. Ext. De Major. & obed. nec non c. I. Extravag. Commun. De Major.

C

in bog

Grot. d. e. III. & laud. ab eo Script. Vasq. Contr. III. c. XXI. & al. Job. XVIII. v. 36. Matth. XX. v. 25. Luc. XXII. v. 25. & seq. L. CLXXV. §. I. ff. De R. I. & Interpret. c. VII. Ext. De Immunit. Eccl. & Gloss. c. VI. ext. De Maj. & obed. & Gloss. nec non cit. supr. c. I. De Maj. Thom. Campan. Disc. De Hisp. Mon. c. IV.

In hac potestate duo sunt gladii, spiritalis videlicet & temporalis. Pontifex Romanus omnes judicat, à nemine judicatur. Verum enimverò viri inter sectæ huic deditos doctissimi fatendum esse ipsi docent, Dominum & DEUM JESUM CHRISTUM in terris inter homines degentem omni se terreno imperio abstinuisse, ut ita jus illud imperii, vicarii titulo, in Petrum & successores frustra dicatur translatum: quando plus juris sibi vindicare nequeant, quam auctor ipse decreverit, habendumque esse verè censuerit. Et ita quoque se verba habent juris regulæ: *Neminem debere melioris conditionis esse, quam auctor fuisse, à quo jus transferat.* Neque Christianâ doctrinâ excultos animos fugere unquam poterit, quomodo CHRISTUS in discipulis suis ambitionis effervescentis æstum coercuerit, & ut verus Doctor, docuerit, quæ facultatis sint civilis, Rectoribus quibuscunque civitatum esse relinquenda, neque unquam committendum, ut sacrorum antisites sese turpiter immisceant negotiis civilibus, negotiis summorum potestatum ad se non pertinentibus. Reclamitat etiam istiusmodi dominatui recta ratio: portentum atque monstrum certissimum est: esse aliquem servum servorum: qui tantum sibi inter mortales sumserit: ut propter quos servitutem servire debuerit, ut eos CHRISTO lucraretur: eos indignissimè potestate ab DEO data privaret spoliaretque. Ipsi igitur Doctores viderint, quam se indignum, quam ridiculum jure censeatur: Pontifici in Imperatores, Reges, ac principes omnes potestatem adeo tribuere, ut ab iis ad Pontificem Romanum provocari possit; & quod etiam absurdus, statuere: Pontifici Romano omnes omnium civitatum cives, suorum Regum ac principum legibus solvere; tum etiam immunitatem omnibus concedere, ac vacationes à muneribus publicis largiri licere; denique eum solum ac supremum legum omnium humanarum arbitrum ac judicem cluere. Adeo necesse est, hac in causâ, & ad aram legum, & ad præsidium sacratum literarum confugere.

*Ut firmum inviolatumque servetur inter eos initum pacis & amicitia fœdus.* In fide ac amicitia manserunt semper Sviones. Quid autem ab reliquis tentatum peractumque sit, ipsa calamitate insequutâ docti, memoria non retinere non possumus. Est enim situm in natura, ut quæ nos mirum in modum affligerunt, ea quidem non sine magno doloris ac horroris sensu meminerimus. Certè, quod nostrarum fuerit partium, ingenuam dedimus operam, ut, perspectis perpensisque antiquitatis monumentis, neque vera laus genti nostræ detracta, neque falsâ afficta esse videretur. Per hanc etiam occasionem conqueri necesse habemus, in Serenissimi Clementissimique Regis nostri, CAROLI XIIimi, regnorumque ejus perniciem conspirasse proximo superiore tempore plures principes, eosque, violatis fœderibus, contra jus gentium, fas, fidem sanctissimè datam, improvise adventu atque inopinato, regiones ditionis Sveonicæ, incredibili & plus quam barbarâ feritate ac immanitate, invasisse, populasse, vastasse, desolasse. Quæ namque barbaria olim India vastior, aut agrestior? ubi tamen nusquam exempla sunt audita sensus ita, uti hic, ferientia: imò visâ quam audita longè indigniora habita. Verum enimverò, pacatâ felicissimis Regis nostri armis in Sialandiam inlatis Hollatiâ ac Daniâ, ad famam inde Regis nostri in Livoniam adventus territus Saxo-Sarmata retrocedere coactus est: Mœvus autem equitum perditumque

ditumque innumerabili turbâ Narvam & Ivanogorodum jam diu obfidens, intra castra sua aggere, fossâ, acutissimis vallibus, operibusque aliis clausa munitaque; tesserâ militari, Cum DEI Auxilio, & Heroico Regis nostri CAROLI XII ductu auspicioque, lacertis plurimum dierum itinere ac inedia fesso exercitui additis, impletis medullis, nervis solidatis, ne conspectum quidem signorum atque armorum adversorum ferente Czare, perexiguâ manû casis XVIII amplius millibus, variâ pereuntium formâ, fufus fugatusque est; quamplurimis, rupto ponte, submersis; tormentis omnibus, armis ceteris cujuscunque generis, glandibus ac globis, machinis ad ignem jaculandum missilibus, signis, vexillisque, pecunia omni, Czarisq; gaza, tentoriis, pelibus, nitrato pulvere, & universo, quantus is cunque esset, comineatu Regi nostro relictis: pariter cum ducibus præfectisque majoribus ac minoribus, decemplici etiam numero pluribus (id quod præsens ætas venerabitur, & posteritas omnis admirabitur) gregariis militibus ex equitum peditumque numero, quam essent qui capere possent, armis projectis, ad pedes sese Regis devolventibus; ejusque arbitrio, nudis cervicibus, fata sua submittentibus. In qua quidem victoria adeo insignis eluxit bonitas Regis; ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansuetudinem, continentiam, insignemque clementiam victi dilexerint. Cujus idcirco rei novæ & admirabilis fama nunc est per orbem pervagatissima; quam non nisi dies illæ, quæ secula omnia, terminaturus erit.

*Cujus formulam more eorum patrio vernaculoq; sermone exarata* &c. In extremo Descriptionis limitum; quam orbi erudito sistere non dubitavit Cl. Wormius, nonnulla de scriptore referuntur his verbis: *Pater noster; qui es in caelis, serva Tuli a malo & periculis.* In notis autem ita: *Epitogus hic a guerra videtur, quendam Tuli nomine, hæc scripsisse & literis mandasse, aut scribenda curasse, hinc tam devota pro se conclusit oratione. In qua cum solius Christi, nullius vero sancti imploret patrocinium, suspicari licet Sanctorum invocationem eo seculo non adeo apud nos invaluisse.* Et in præfatione ad lectorem: *Hic autem Tuli an autor; an is qui describi hæc curavit, an scriptor ipse, meum non est judicare; licet ultimum suspicer.* Quicquid autem fiat verbis; quæ in Latinum à Cl. Wormio ita convertuntur; & explicantur, quum præces ad Patrem tantum, qui in caelis est, fundantur; ut à malo servet Tuli protegaturque: certè nulla suboriri potest dubitatio, quin liquidò adfirmetur, scriptorem fuisse Tuli *Gasi filium de Snevingia*; membranâ id integræ fidei & literis etiam Pontificalibus evidenter comprobantibus: ipsumque eorum unum, quibus, ut verbis exponam Gellii; pleraque omnia veterum literarum quæsitâ, meditata, evigilataque erant, nomine *Scaldorum*. Dicitur *Gasi filius de Snevingia*; quippe cum patris semper & paterni populi nomen, ne qua exoriretur dubitatio, neve qua fraus fieret, in tabulis instrumentisque publicis, privatis, in omni actu negotioque, nomini filii adjectum ferè fuerit; ut ex hoc quoque decreto, nominibusque eorum apparet, qui ex singulis provinciis ad fines regundos electi fuerant. Videtis Specimen collationis veterum legum Patriarum & Græcarum in Prolegomenis ad Leges Uplandicas.

*Dana insula est tripartita.* Danaholmum in authentico de limitibus hisce decreto appellatur. Verba ita se habent: *Danaholmum &c*

*Descript. limit. p. 31.  
Not. p. 32.*

*Præfat. ad Leges.*

*Specimen nostr. Col-  
lab. Legum vet. Goth.  
& Græc. in Proleg. ad  
Leges Upland. p. 20.*



Auth. Decret. Leg.  
W. Goth. annexum.

Pact. Regem inter  
Svion. & Dan. tum  
ant. tum d. 26. Feb.  
An. 1658. pariter cum  
Instr. Cess. 24 Feb. d.  
ann. Nec non pact.  
d. 27 Maji. An. 1660.  
Adde sis Pacta conven-  
taque facta A. CIO DC  
LXXIX.

Lyscand. in Descr.  
Halland. p. m. 27.

Ron. Dlaf Tryg-  
gvas. Sag. c. LXVII.

Ron. Dlaf Helg.  
Haralds. Sag. c.  
XCVII. & c. CX. nec  
non cap. CXLIV.

Eure Jansson's Domb  
Om Kaa och Kåde  
Lund och Håradstid-  
nad emittant Kåind /  
Walla / Kinde och  
Badebo Hårad: Berre-  
meland / Nerike / och  
S. Wobalund.

Skipe i thre lde / a en lot Upsala Kununger / annän a Dana Kunun-  
ger / thridia lot a Noregs Kununger: Da är stamnä iherrä war /  
thä häle Dana Kununger i Besle Upsala Kunungs / of Norrån Ku-  
nunger i Islad hans. Sive, ut alii habent codices: Pa Skuldi halda.  
Id quod literis etiam Pontificalibus ad amussim convenire videmus,  
quarum idcirco verba eò libentius commemorimus: Dana insula est  
tripartita, possidens Rex Upsalensis potiore partem & primam, alte-  
ram Daciae, tertiam verò Norvegiensis Rex. Conventuri Reges horum  
regnorum in praedicta insula hac Dana, tunc Rex Daciae Upsalensis Re-  
gis tenebit frenum, & Norvegiensis stapedem ejus. Nos autem de Go-  
thico sic ad verbum exprimimus: Dana insula tripartitò dividitor:  
una ditionis esto Regis Upsalensis; altera Regis Daniae; tertia Regis Nor-  
rigiae. Illis heic convenientibus, Regis Upsalensis frenum Rex Daniae tene-  
to, stapiam verò Rex Norrigiae. Quocunque enim modo in vernaculis  
codicibus, secundum jam adposita, Decreti verba legantur, idem  
omnino sensus emergit, quem Latinae consuetudini jam reddidimus.  
Quippe leges legum verbis exprimendae sunt. Nec aliter, ad legem  
ipsam veritatis, intellecta ipsi voluere Reges Svioniae & Daniae, ut ex  
literis constare poterit Pontificalibus. In versione verò nos stapiam,  
quam stapedem maluimus, cum, in re veteribus Romanis ignota, au-  
thoritate se tamen istae vox, cui cui modi est, tueatur Hieronymi, &  
veterum Inscriptionum. De Dana hac insula, propugnaculis quibus-  
dam & portu munita, quae hodierno die cum adnexo territorio do-  
minatu Regis Sveoniae tenetur, Lyscander hunc in modum: In conti-  
guis Hallandia, Sveonia & Norvegiae finibus, insula mediocris est, par-  
vam Daniae dixere, proprie tamen Hisingia appellatur: in ea termi-  
nantur limites Regnorum Borealiu hodierni: & ibi quievissent tres Re-  
ges, & convivatos esse, tempore decreti Sven Othoniani, super ingenti  
Jaxo, quolibet tamen in suo Regno existente, fama & libelli decretorii  
narratione, notum est. De loco etiam conventus Septentrionis Re-  
gum ad Kongahello, in Historiis agitur, ubi de causis ac negotiis ad  
Reges, regnaque eorum spectantibus, instituenda verè esset delibera-  
tio. Ita colloqui fit ibidem habiti mentio Regis Olavi Tryggvonis  
filii, & Reginae Sigridae cognomento Storradae seu Imperiosa: item-  
que pactorum Regum Svioniae atq; Norrigiae ad eundem hunc locum  
initorum: praeter alia exempla, quae passim occurrunt, pluscula. De  
cetero, ad illustrationem nonnullorum in istoc Decreto locorum, ac  
limitum ibidem occurrentium, haud paullum aliquid conferre viden-  
tur Acta publicis literis monumentisque consignata, pariter cum sen-  
tentia à Thorone Jonae filio, Judice W. Gothiae, de terminis finibus-  
que Kåind / Walla / Kinde & Badebo territoriorum ritè regundis  
sollemniter lata Ao. CIO CIII, die Jovis, qui festum Sanctorum omni-  
um proximè exceperat. Itemque alia, ante praecedaneas dicta ferias  
diei S. Michaeli consecratae, de limitibus reliquorum etiam territorio-  
rum W. Gothiae.

Et sursum ad Ändalangum. Verba vernacula ita se habent: of vþ  
at Odnem Ändalangum of i Gradnä. hoc est: sursum versus ad Od-  
nem in longitudinem decurrente linea in Gradnä. Putarat ita Pontifex  
vicum fuisse, quamvis aliud vox ipsa Gothica sonet, nempe lineam  
in hac reatura limitum in longum protensam; quam finium regundo-  
rum Scriptores normalem quoque appellant, & finalem etiam. Quin  
&



& sæpissimè vocabulum hoc *andolungum* in legibus nostris patriis, eadem prorsus notione, comparet, locis extra clusis, qui ultra limites finitima linea clauduntur.

Non secus jam ac *Isaacus* & *Jacobus* Patriarchæ prærogativam & principatum dantes & dispensative decernentes &c. iisdem verbis hinc utitur Pontifex, & in literis suis de prærogativa Regis Galliarum, quæ fusè commonstrat *Glossa in Canonum Concord. ad Tit. X. De Major. varia proferens exempla*, quæ ob verborum simul factam è sacris literis explicationem consuli planè merentur. Historiam autem, ad quam heic respicitur, habes in Divinorum scriptorum monumentis.

*Moses legislator omnium primus*. Ita quoque laudatur in Canonibus Pontificiis, & *Glossa* vet: sæpiusculè. Et hinc etiam in Præfatione R. Birgerus ad imperio suo subditos de Codice veterum Legum Upslandiæ: *Gudh siðlwer sþipadi sþyrstu lagh/ of sãndi sinu Folke mãdh Wrofsãs / ãr sþyrstu Laghmãdher war fore hans Folke*. Hoc est: *DEUS primus leges ipse condidit, deditque populo suo per Moysen, qui primus legislator erat*. Addatur Prologus legum Sudermaniæ: *Gud Allwaldugãr & kapare Himils of Jordhã of alz thãs thãr innan ãr / han gaf sþyrste Lagh of sãtri Wrofsi i hãnder at Runnuqha them fore sinu Folki*: id est: *DEUS omnipotens creator cœli, & terre. & rerum, quæ illis continentur, omnium, jus primus constituit, tradiditque Moysi, ut ad populum ferret promulgaretque*. Hoc sensu Paullus Nolanus:

*Legifer antiquo venerandus nomine Moses.*

*Laghmãdher* etiam, perlatè acceptà voce, judicem notat, jus ex lege dicentem: quamvis in sermonis nostri consuetudine, & passim in legibus, ab iudicibus centumpagorum (*Hundaris* sive *Hãradhþõfdingar*) distinguantur *Laghmãn* / iudices univesarum regionum, tantum non innumeris legum nostrarum locis capitibusque idipsum insuper evincentibus. Quod autem ad primam attinet legum omnium, ipsiusque adeo veritatis, quam simul vetetes requirunt, originem, eam quidem DEO gentes omnes, gentiumque rectores, & legum latores acceptam referre non dubitant. Certè leges à DEO hominibus inferi ac inspirari, testis est omnis antiquitas, testis omnis historia ac rerum gestarum memoria, testes permulti Platonis aliorumque Philosophorum libri; testes & rationes ab interpretibus, & in ipsius etiam Ficini argumentis dialogorum Platonis, in eam rem adlatæ. Undè quoque, cum istæc ita ab stirpe auctoritas, ut, quæ foret vis ac pondus, homines non ignorarent, utilius an elegantius haud facilè dixerim; in concione exponenda esset, Zoroaster Horomafis sese consilio, operà, & imperio jus condidisse docuit; Trismegistus, Mercurii; Minos, Jovis; Charondas, Saturni; Lycurgus, Apollinis; Draco & Solon, Minervæ; Pompilius, Ægeriæ; alii aliorum.

*Lege, qua hominem limites proximi sui dimoventem, anathematis fulmine feriobat*. Verba sunt legis: *Maledictus, qui movit terminum proximi sui; & dicet totus populus, Amen*. Quæ quidem, legislatoris mentem ex ipso fonte eliciendo, intelligi omnino nequeunt nisi de dolo terminum movente ac transferente; quippe quem omnes omni memoria hominum oderunt, omnes execrati sunt, dominiis ritè distinctis, & agris, multiplicato genere humano, limitibus summâ fidei sanctimonia positis. Et hinc etiam in legibus Svionum antiquissimis detestandum maxmè hoc facinum habitum, ultimo luendum supplicio. Et quamvis fides sic fin-

*Gloss. in Can. Concord. & ad Tit. X. De Major. & Obed. p. & s. d. pl.*

*Gen. c. XXVII. v. 23. & pl. seq. ad 32. & cap. XLVIII. v. 13. & seq. ad 21.*

*Can. Pontif. & Gloss. vet. pl. l.*

*Prolog. Leg. vet. Upl. & Leg. vet. Suderm.*

*Paull. Nol. Carm. XIX. ad Jov. v. 39.*

*c. XI. Leg. vet. Comm. Tit. Ersb. Dr. & c. XV. b. tit. R. Chrif.*

*c. l. & VI. Thing. br. W. Gøth. 11.*

*c. l. II. XI. & XIII. & al. plusc. b. t. 11.*

*Videsis Plat. Min. sive de Leg. p. m. 567. & sequentibus.*

*Et Mars. Ficini, argum. Nec non Tim. Phedr. & Gorg. cum comment. Interpret. junct. dial. Plat. De legibus pl. loc. & pag. & arg. Fic. præsertim p. 767.*

*Conf. Frag. Chrif. De LL. & Cic. qui Lat. redd. & potiss. lib. I. pl. capit.*

*Alex. ab Alex. Gen. diæ. lib. VI. c. X.*

*Deut. c. XXVII. v. 17.*

Fragm. Leg. anti-  
quiss. & c. XVIII. §. 2.  
Widherb-br. 3p.  
§§.

Constit. Am. C13  
1706 xcvi, d. x. Mens.  
Maj. De finibus re-  
gundis.

nium capite primùm sancita fuerit, & temporis progressu animadver-  
sione pecuniaria, sive multa cum infamia conjuncta; nempe ut deli-  
ctum hoc nefarium perpetrans à coetu honestorum omnium civium  
seclusus, intestabilis, communitatisque vitæ atque victus expers sem-  
per mansurus esset: nihilo tamen secius Rex incomparabilis gloriosis-  
simæque memoriæ CAROLUS XI, sentiens legislatorem vix ac ne vix  
quidem cavisse, cum etiam cavisset, etiam cum satis cavisse ratus es-  
set, quin verè is cautor captus fuisset; constitutionem æquissimam si-  
mul utilissimamque edidit Anno clo lœc xcvi, quâ quidem & dolo, &  
incuriæ, & lasciviæ prætereuntium occurreretur, & nunquam termi-  
ni ac notæ terminales, vel rigore, vel flexu servato, neque tempesta-  
tis, neque loci, neque vetustatis, neque alius cujuscunque rei vitio,  
& injuriâ aliquâ in posterum ita facilè, ut olim, corrumperentur,  
mutarentur, exararentur, avellerentur. Quam idcirco dignissimam  
censui, quæ oculis animisque eruditorum per orbem literatum lecto-  
rum cum cura subiceretur, verbis sequentibus: Först/ måste beqväm-  
lige Stenar til Hjerter-Stenar eller Wissare utsees / idmål och Hållar  
eller Steen-Flissor af 1; eller 2 qvarteers tiokleel / 2 alnars bredd  
och 3 alnars längd/ mehr eller mindre / de där i rättan tjd sola an-  
stallas och framböras till de rum / hwarest Kå-lågningen ske skall;  
För det Andra / när Kådr-lågningen företages / bör Landt-Måta-  
ren icke flere wederbörande / som der wid sola wara uti sådes / låta  
med ett Sten-huggares Jern / på ofwanbemälate Sten-Flissa uthugga  
Wäders-Strecket / antingen det går i Råd eller i rätt linea; För det  
Tridie / gräfves en Gropp en aln diup / hwaruti samma Sten-Häll  
Horizontaliter nedelägges / iust i den situation som Kådr-lågning-  
en gå skall / och det uthuggne Wäder-Strecket wisar; För det  
Fierde / mitt der uppå ställes Hjerter-Stenen eller Wissaren med sine  
Kanter / uei samma situation och Wäders-Streck / som Kå-linien på  
Sten-Hällen är huggen / sedan betäckes Hällen med Jord och Klap-  
persten / blifwandes icke wäl Wissaren eller Hjerter-Stenen wäl om-  
skohlat. Där så många Sten-Häller / som Wissare äre / icke finnas  
kunna / lägges Hällar allenast under Huswud eller Råd-Råd / eller  
om en rätt Streck-Linear är förläng / lägges Hällen under hwar fier-  
de eller samte Wissare; Och där sånt Marc är / gibres Lastwar af  
Trå-Plankor / hwar uppå Hällarne lägglas sola; Men där Berg  
finnes och Råd-Linien måste sig sträckia genom stora Berg-Tracter,  
bör afwänwål i sielfwa Bärget / där Kåret skall upstättas / Wäders-  
Strecket inhuggas. Profecto festivè hæc & aperte atque definite ab  
Legislatore proferuntur, hunc in modum à nobis Latine conversa:  
Primo omnium apti, & ad recturam limitum monstrandam habiles for-  
mâ suâ indices inquiruntur; sicut & oblonga, in latum duarum, & in  
longum trium circiter ulnarum saxa, crassitudine quadratæm unum ulna  
dimidiatunq, aut duos summum æquantia, ut iusto tempore, locis ponen-  
dorum limitum admoveantur: Deinde finibus regundis agrimensor ad-  
esto simul cum aliis, quorum interest, lapicide ferro incidendam saxo  
oblongo curaturus plagam cæli, sive rectâ, sive inflexâ lineâ servan-  
dam: Tum fossâ unius ulnæ in profundum factâ, saxum idem oblon-  
gum deponitor finientem versus (vulgo horizontaliter) ductu probe cu-  
stodito limitum secundum eandem plagam: Postremo, in medio saxi i-  
stius oblongi, index angulis suis acutis ordinem, & lineæ ejusdem du-

Etum ad plagam ritè cæli ostentans collocator, saxo jam dicto glareâ & terrâ scruposâ obtecto, & ut assolet, rectè munitâ basi ipsius indicis. Ubi verò tot oblonga saxa, quot indices, inveniri nequeant, principâlibus tantum, aut selectentibus ductum limitibus, vel si rectura tractus sit longior, hoc genus oblongum saxum quarto, vel quinto cuilibet indici subjicitur: At in loco palustri tabulatis ex idoneo tigno extructis saxa oblonga imponuntur; atque si per juga montium sit linea protendenda, pari ratione, in ipso monte, plagâ ad amussim incisâ, limes ad discernendum erigitur. Gravis etiam istæc lex est finium, de indicibus, angulis suis ritè ductum monstrantibus, non in controversia tantum inter duos exorta vicinos, sed limitibus quoque ex litibus judicem quærentibus in trinfino, aut quadrinfino, vel pluribus plurium vicorum possessionibus concurrentibus; in omnibus his probè servanda, quò confines semper fundi, pari ratione, discernantur: recturâ fidem, sine exceptione, ac in perpetuum, tenente, quando limites regionum, territoriorum, parocciarum, vicorum, ac prædiorum, cum publicis auctoritatibus, ac testimoniis judiciorum convenire videntur.

Ad extremum properat Pontifex: *Ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere.* Et paullo post: *Si quis autem nunc, aut in futurum, contra hujus nostræ auctoritatis privilegium, & hanc nostræ confirmationis paginam, ire, vel venire tentaverit, & quoquo modo &c. non solum indignationem omnipotentis DEI, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum &c.* Sic ferè semper Pontifices concludunt, rata in perpetuum firmaque esse volentes, quæ suis suamque sectam sequentibus, & sæpè etiam cum æterna servitute connexa, injungunt. Videantur Constitutiones Sixti IV, Johannis XXII, Paulli Veneti P. II, Martini IV, Benedicti XI; Clementis V, Eugèni IV, Bonifacii VIII, Clementis VI, & aliorum, in quibus hæc eadem ad verbum proferuntur.

*Presentibus utriusque Regum legiferis.* Nimirum jam inde ab antiquo ita servatum comperimus, ut non nisi communicatis cum populo consiliis, ferè omnia ad salutem publicam spectantia administrarentur. Cumque judices, qui heic loci legiferi appellantur, præsidēs custodesque plebis censerentur, ipsorum domus, tanquam portus & perfugium, iis omnibus, quibus nomine publico subveniendum esset, semper patebant: intercessione tamen potissimum peragi solitâ in comitiis Upsalensibus, cujus ea simul vis atque efficacia erat, ut quæ in Regis, regniq; ejus, ac totius populi utilitatem tenderent, ab ipso Rege, causis rationibusq; auditis, comprobarentur, viam ceteris in intercedendo omnibus præeunte; ac primum etiam suffragium in consultando ferente judice Uplandiæ. Verba sunt Regis Olai Erici filii: *At alle vill hann vera lata sem bándur vilia / seigir at svo hafe gidrt allir Svía Kongat / at lata bándur raka med sier aullit þvi er þeir villdo: Se omnia ad arbitrium plebis facturum; & ad exempla Sveonia Regum omnium; sese voluntati ejus; cunctis in rebus, morem gesturum.* Nempè voluntati per judicem regionis in comitiis expressæ; ut cui jus fuerit cum populo proceribusque in sollempnibus ejuscemodi conventibus agendi, & ad plebem inde, quod censuerit, ferendi; atque post etiam Regis sententiæ quam humillimè submittendi. Vult igitur Pontifex innuere, Pacificationem hanc, cum omnium, quorum, ex lege, intererat, consensu initam esse perfectamque, atque ita etiam à se rectissimè confirmatam, ut ei nemo unus esset, in posterum, contraire ausurus.

f. i. De Treug. & Pace.

c. V. De Preb. & Dignis. cap. un. Ne sede vacante aliquid innov. c. un. De rebus Eccl. non alien. c. I. De Embt. & Vendit. c. i. De Regul. & bröhseunt. ad rel. c. I. II. III. IV. De Privileg. c. un. De Pœnis. c. I. II. III. IV. V. De Pœnit. & remiss. Extr. Comm.

Rott. Di. Sattig. c. LXXXI. p. 485. & 486. c. XCVI. p. 517. & seq.

Conf. Histor. Thorgu. jud. Upl. & Emund. Scar. Jud. W. Goth. apud Snorr. & alios. cap. III. Rön. br. Leg. vet. Comm. R. Magni Erici. & c. III. d. Tit. Leg. Comm. Prov. R. Christoph.

Ad



Exeg. Histov. edit.  
no. CI. DC. X. Stok-  
holm. p. 3. & 5.

Ad verba Fœderis sive Conjunctionis, quam Regni Sveoniæ Ordines,  
DESIGNATIONEM & UNIONEM  
appellant HEREDITARIAM.

Rudb. Atlant. p. 7.  
s. VII. g. 5. p. 200. &  
seq.

Conf. nos. nostr.  
pass. ad leg. vet. & ad  
Upland. etiam p. 175.  
& pl. seq.

Plat. in Crit. s. At-  
lant. p. m. 1103. lit. D.  
& E.

Plat. d. p. & seq.

*Firmiter promissimus, quod inclitum domicellum* (in vernac: *Junk-  
hårra* dicitur) *Dn. Ericum, filium dicti domini nostri Regis seniore* &c.  
Hac occasione, quæstio non ab re profectò movetur, utrum antiquis-  
simis temporibus Regnum hoc Sveoniæ hereditatis an electionis titu-  
lo aditum sit? Ego verò hereditarium hoc fuisse regnum satis evi-  
denter probabo, quod copiosissimè aliàs exponi potest, breviter, in  
præsenti, strictimque prolaturus. Primò igitur omnium notare con-  
venit, id quod peregrinè etiam à celeberrimo Rudbeckio ostendi-  
tur, Atlanticam sive Svioniam nostram à Neptuno, jure inter filios in-  
dè hereditario, divisam in x partes, quarum hodieque indicia mani-  
festa in legibus antiquis, iisque potissimum Uplandicis, conspiciuntur;  
quippe cum hinc etiam earundem nomina ibidem expresse legantur,  
atque eadem simul ratio, & regnum ipsum, & ei subiectas regiones  
administrandi, quæ in Atlantico Platonis; ut hodierno etiam die stet  
Svionia veteribus maximè institutis servandis, & quasi vestigiis prisca  
& integri moris persequendis: idque pluribus prosequutus sum in no-  
tis ac observationibus ad Jus hoc vetustum Uplandiæ. E re ita fuerit  
ad ipsa verba Platonis animam attendere, utpote quæ liquidò doce-  
ant atque declarent, non electionis à populo factæ, sed paternæ vo-  
luntatis sententiâ filiis Neptuni has cessisse portiones. Postquam enim  
perspicuè satis evidentè docuisset, omnem Atlanticam *νησον* in x  
partes, *δύνα μίση* divisam, *τῶ μὲν*, inquit, *πρεσβυτάτῳ τῶ πατρὸς*  
*τέτῳ γενομένῳ τῶ τε μητρῶν ὀικησιν καὶ τῶ κύκλῳ λή-  
ξιν, πλείσθιν καὶ ἀείσθιν ἔσαν ἀπένευμε*: *natu maximo* (Atlanti)  
*maternam habitationem, & circumjectum territorium attribuit, ma-  
ximam profectò sortem atque potissimam.* Docent igitur hæc verba  
commonstrantque, primum *maternam hanc fuisse habitationem*, quæ  
natu liberorum maximo cessisset. Quæ verò bona alicui jure veniunt  
materno, ea fanè electioni jam tum populi accepta non referuntur.  
Deindè maximam potissimamque partem, adeoque ipsum regnum  
primo obvenisse genito; ceteris alias regiones. Sic enim supra lau-  
datus auctor: *Regem*, inquit, *illum statuit reliquorum, ceteros verò*  
*multarum gentium regionumque principes.* Postremò utitur etiam au-  
ctor verbo *ἀπνίμω*, hoc est, *sortem assignare, attribuere*; ut simul in-  
nuatur, quò valeat: nempe in hoc jus etiam successurum filium, ritè  
inter posteros indè servando ordine. Itaque *in maxima certè gene-  
ratione universum Atlantis erat genus, semperq;* eodem auctore, *Rex*  
*antiquior regnum maximo natu filio relinquebat: quod imperii per*  
*multa quoque secula conservarunt*: *βασιλευς δὲ ὁ πρεσβυτάτος*  
*αἰὲ τῶ πρεσβυτάτῳ τῶ ἐγγόνων πατριδὸς ἑπὶ γενεὰς*  
*πολλὰς, τῶ βασιλείαν διέσωζον.* Quid ergò? hæc solùm an-  
tiquissimis illis temporibus observata nobis exempla? Immo verò,  
nisi planè in antiquitate noscenda plumbei sumus, alia complura secu-  
lis sequentibus. Ex quibus tantum eligam quæ in primis observari  
planè merentur. Quisnam autem, quæso, non tuebitur memoriam  
eorum,



eorum, quæ posteritati antiquitas commendata maximè voluit? non monumenta atque indicia veritatis? Certè historia Septentrionis manifestè quoque comprobant, jam inde ab Odino, continua serie, liberos cognatosque Regum Svionia regnasse super ceteros semper Septentrionis Reges eminenti ac solitario imperio: *veritè allir yfer Kongar annora Konga à norbur laundom / oc einvalds Kongar i str Svialvestdi.* Sed & hoc addunt, temporibus Regis Agnari, regnum in partes cœptum dividi, suâ cuique ex filiis Regis hereditaria assignata portione. Id enim sonant verba: *En þa kom Svjarifi i broedra skipri / hvarium sin lut.* Sive uti Snorro, ejusque verissimus interpres idem hoc exprimunt: *Sidan bleff landit skipri / þa at hvar skip sin lut i atve.* Sive: *Men sedan deltes Landet / at hvar hade sin deel.* Seu, ut alii habent codices: *Sedan bleff landet þise wed arff / saa at hvar skip sin part / som hand arfwede: Deinde regnum Svionia distributum; sic ut quisque portionem hereditate sibi debitam consequeretur.* Atque ita plures facti, ut in Dania, & Norrigha, Reguli. *En þa er hinni fyrri æsi var rexo þeþo riki margir Kongar: nec alia de caussa plures uno tempore heic regnarunt Reges.* Quam regni dividendi consuetudinem durasse constat ad Regem Ingialdum: qui rerum potitus xii regulos dolo malo è medio iustulit, ut in vita ejus Historici referunt. Quo facto, considerans atque perpendens, quid regnum sustinere, quid pati, quid efficere possit ac debeat, legem fert æternam valituram de non instituenda ejus in posterum divisione; quæ hodieq; in fragmentis antiquissimarum legum visitur: successore tamen decedentis Regis futuro semper ex antiqua profapia Regum, patri, ante omnes, in regnum succedente maximo natu filio: *at en eldri Konge son þulldi taka riki ept þauðr sin.* Quamvis, tempore procedente, istac lege violatâ, rursus divisioni regnum hoc fuerit obnoxium. Namque ita fide digni referunt Scriptores: *En þa kom Svjarifi enn i broedra skipri: Tunc Svionia regnum inter fratres iterum hereditatis jure divisum.* Profectò nisi his hereditas regni venisset, hereditario jure inter ipsos dividi nequisset. Namque ea vis, ea notio in legibus verborum *broedra skipri.* Quid, quod disertis verbis, jure hereditatis, regnum quoque ad se pertinere adfirmat unica filia Svionia Regis Erici, nomine *Thorborgis? oc eg em þitt einbirni; oc a eg allan arf eptet þig: Nullis exstantibus filiis, jure sola sum heres regni* (nam de regno etiam ibi loquitur) *& bonorum omnium.* Atque ita profectò lex antiquissima, Titulo de hereditate adeunda: *Nu ær til sun / taki arf oc orf: ær æi sun til / ær til sunabarn / taki arf oc orf: ær æi sunabarn til / ær til dotur / taki arf oc orf. Si filius existet, ex asse heres esto: Si non supersit filius, sed ex eo nepos, heres esto: nepote non existente, filia hereditatem cernito.* Et ne dubites, ad legem familiae hercto ciundæ, sive familiae herciscundæ (utrumque enim veteribus dicitur) quam apertissimè planissimeque jus hoc explicantem provocatur his verbis: *En þa er þær Landzlog / ad en eldri Konge son taki riki ept þauðr sin. Lege Provinciali, filio natu maximo regni venit hereditas.* Et quanquam sciam nonnullos de consuetudine hunc locum accipere; nihilo tamen secius aliud manifestissimè supra laudatarum legum evincunt fragmenta, & historiae locis tantum non infinitis. Certè in legibus veteribus, composito vocabulo *Landzlag* jus scriptum intelligitur; quod non infrequens earum lector, qua est eruditione, ipse deprehendet, & mecum

*Konunga Saug.*  
vitis Regum pl. Se-  
ptentrionis.

*Dlafs Saug. c.*  
LXXI.

*Snorr. vit. R. Agnar.*  
*Hist. Eym. Odd. &*  
*Er. Odd. vit. d. R. A.*  
*nec non R. Ingialdi*  
*Urad.*

*Kon. Dláf. Har.*  
*Saug. c. XXXIV. &*  
*c. CLVIII.*

*Ingiald leg. Fragm.*

*Histor. Hei vor. c.*  
XX.

*Edþr. Saug.*  
c. XV.

*Fragm. leg. veta-*  
*stiff. & n. i. Arfbre*  
*Dall.*  
*c. II. b. t. Dæ.*

*c. XVI. Edþr. Saug.*



*l. iii. §. 7. Cypri.*  
*Wessal. & al. l.*

*Jul. lib. XCIV. Dig.*  
*l. XXXII. ff. De legi-*  
*bus.*

*l. XXXIII.*

*l. XXXV.*

*l. XXXVI. d. t.*

*Cic. lib. II. De Leg.*  
*20. 27.*

*Nils Haralds.*

*Saug. c. XCVI.*

*Dist. Hist. c. XXXIV.*

*Wec non cit. cap. XCVI.*

*Dist. Hist. c. LVII.*

*Aristot. de Rep. lib.*

*III. c. 2.*

etiam, hujuscemodi verbis fufius exponi, recognofcet: *sum Lagh fighi i landi thefu.* Sed esto! fuerit hæc tantum confuetudo, quod tamen, in vitis hiftoriis ipsisque adeo legibus, falfo ftatuitur: *Quid intereft,* inquit Julianus (qui vir & quantus!) *suffragio populus voluntatem suam declarat, an rebus ipsis & factis?* Et Ulpianus, Jctus & Scriptor maxime inlustris: *Diuturna confuetudo pro jure & lege obfervatur.* Et Hermogenianus, legum interpret optimus: *Sed & ea, qua longa confuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obfervata, velut tacita civium conventio, non minus, quam ea, qua scripta sunt, jura, fervantur.* Et Paulus inluper, juris fcientiffimus: *Immo magna auctoritatis hoc jus habetur: quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.* Quin & Cicero: *Mos majorum, ut lex, valebat.* Nec est quod pro tuenda hac, de fucceffione Regni hereditaria, fententia, ad jus commune R. Christophori, cum aliis nonnullis recurratur: quippe cum Jus hoc è Codice fit legum communium R. Magni Erici exfcriptum, atque fic eadem exceptio, *och en ärfwande/* adjecta ob pactum ac conventionem, ferè triennio ante editum ac promulgatum jus hoc vetustum, initam perfectamque, ut ne jus inde perpetuæ, hereditatis titulo, fucceffionis, ac inter fratres divisionis imperii, ftabiliretur ac confirmaretur. Neque quidquam fententiæ huic prodeffe poterit, quod auctor libri de Regis institutione regnum hereditarium præferat electioni, quasi nesciatur an id fuiffet aufurus, nisi lege ita cautum fuiffet; quippe cum is quoque floruerit ac fcripferit tempore factæ confignatæque de hereditaria fucceffione filiorum R. Magni conjunctionis ac fœderis. Levicula hæc argumenta & ficta etiam ac commenticia rejicimus, vera nobis ac germana, quæ jam diximus, & legibus & hiftoriis abundè fuppeditantibus. Multo melius igitur rectiusque rationes ceteris accumulatur petita ab religione numinumque devotiffimo cultu. Quippe majores noftri profundis profanæ fuperftitionis tenebris immerfi nihil fine ope Deorum aufpicato feliciterque agi poffe credentes, concursum eorum, ac conjunctionem, ad fauftam in fecundis perpetuitatem, & præfentiffimum in adverfis auxilium impetrandum, cum Regibus interiorem exiftimarent, qui cognatione potiffimum ipfos contingerent, quales omnes ex antiqua illa Regia ftirpe, utpote Deorum fatu editi, cenfebantur. *Evi at Gokinn hafa hafte rødb miclla a ättmönnom finom: quod Diis cordi fuiffent Reges Upsalenses; utpote longa cognatione generi eorum annexi: Evi at fa ätt er lominn fra Gokonom fialfom.* Et hinc etiam ex hac vetufta profapia prognatus, *okalborinn til Kongdoms / Kongborinn / natalium forte Rex, Rex hereditarius appellatus.* Unde quoque legatis Regis Sveoniæ Olavi, Olavus Rex Norrigiæ; *Juris,* inquit, *est, ut Svionum Rex regno fuo hereditario contentus, ab alieno feße abftineat.* *oc hafte fat rift fem okalborinn er til: behålle fit rift som han är atftagen til: uti verfo fe habet vernacula nobiliffimi Peringskiöldii.* Quumque locis tantum non innumeris, aliud in legibus fit Græcorum, Romanorum, & Svionum, *καταγονία, κληρο, hereditas,* quæ jure fanguinis defertur, *arf;* aliud *αιετος, electio, wahl:* necesse etiam iftæc probè femper diftinguantur, nec perversè, quæ funt longè diftinctiora, quam compreffius hic dici poffit, commifceantur ac confundantur. Ita, veteribus omnibus concinentibus, Aristoteles etiam *εἰς τὸν δὲ αἰ μὲν,* inquit, *ναλὰ γίνεσ τῶν αἰ δὲ, αἰετῶν:* *regnum quedam fanguinis*

*sanguinis jure, quadam electione deferuntur.* Quæ quidem omnia cum evidenti veritate suffulciantur, frustra profecto obduxis con-  
sultationem procerum de removendo Olao Skautkonung/ & substi-  
tuendo filio ejus Anundo. Neque enim, inquit vir quidam Clarissimus,  
*temerè de regno ei auferendo decrevissent, si regnum ejus fuisset patri-*  
*monium: sed nulla ejusce rei ipsos tetigit cura.* Quasi verò impia ac  
nefaria ista adversus Regem conspiratio jus ipsis tribuisset, & Regi ad-  
emisset; vel auctores seditionis ac tumultus, populo tessera militari  
concitato, justè fecissent, nimiam hanc & abominandam sibi licentiam  
adrogantes. Profecto Freivodus, princeps eorum omnium, qui ad  
motus componendos, de filio tandem Regis Regi substituendo con-  
sultabant: *Nos, inquit, fratres (tres enim numero fuerunt) singuli*  
*à ceteris sceleris hujus architectis sollicitati sumus, ad socios animos ma-*  
*leficio perpetrando jungendos, sed ad imitationem parentis nostri com-*  
*mittere noluimus, ut proditores Regis & domini nostri jure audiremus.*  
Id enim sonant verba, quæ Latine expressimus: *aller vici brætur hof-*  
*om verit til bebuer ac eiga lut i þessari ragaðr / enn eingi var vil*  
*eiga þat nafn / at heita Droctins þisfort / þvi at eigi var þva var fa-*  
*þer.* Aut omnia me fallunt, aut res hæc erat tæterrima pessimique  
exempli, quam non possunt non omnes vehementer odisse, qui au-  
spicia Majestatis Sacrosanctæ piè ac Divinis effatis convenienter vene-  
rari didicerunt. De jure, non exemplis, nec quorundam sub acumen  
styli nata interpretatione loquimur. Neque proceres ac reliqui, hoc in  
negotio, eò temeritatis atque audaciæ progressi fuissent, nisi id odio  
tum cum maximè fecissent Sacrorum Christianorum, quæ Rex, ipsis  
invitis, induxerat. Undè Arnvidus cæcus Regi: *Þiðldom þar allir*  
*þaukt fyrir / at þar hallðist / þvi at Þorinn þasa leingi hafst rðst*  
*mickla at ættmóðnom þinom / Þott nu orðfi margur þann ærunat.*  
Hoc est: *Omnes ea de causa in laudes Deorum certemus, ut hoc ra-*  
*tum esse jubeant; quippe jam diu Diis cordi fuere Reges ex eorum pro-*  
*sapia, quamvis istæc religio à multis nunc negligatur.* Quare nomen  
etiam Regis filii Jacobi, sacrâ initiatione, Christo datum, in Anundi  
mutatum impiè voluerunt. *Þptir þat leto þeir broctur þræðibue*  
*oc Arnðitur leita fram a þingir Jacob Kongson / oc leto honom*  
*þar gesa Kongsnafn / oc þar með gafu þviar honom Anundar*  
*nafn / oc var hann þva sýðan kallaput a meþan hann lifði:* Deinde  
Freivodus atque Arnvidus fratres, in comitiis, populo Jacobum Regis  
filium sistendum curarunt, ut Regia potestate frueretur, inditumque ei  
nomen à Svonibus Anundi, quod omni vita reliquo tempore retinuit.  
Detestandum igitur, proceres ejusce rei, hoc est, juris Regii & heredi-  
tarii Olavi, non omnem, uti oportuerat, sed aliquam tantum, cui cui-  
modi erat, suffecto patri filio, tetigisse curam. Qui cum affectuum  
perversorum concitati turbine abreptique mirum in modum fuissent,  
intellectu sanè facillimum, quanti sint ipsorum justî & æqui servantibus  
viris censenda judicia. *Judicia, dicimus, Regi regnum avitum &*  
*bona patria, jure, legibus, consuetudine tradita, undique circumfusis*  
*calamitatibus, eripientia: þva at Kongen eða skuldi þa hallda Kong-*  
*dominon oc þauur arfi þinom.* Undè quoque odalborinn til Kong-  
doms appellatus, uti supra vidimus. *Odalborin / dictione non ambi-*  
*gua verbi, in legibus patrii, hereditarius, bona hereditaria & avita*  
*possidens vocatur; & odal / bona avita, possessio paterna, propria: quod*

conf. Cl. Verel. not.  
ad Hervor. Histor. c.  
XX. p. 190.

Ol. Har. Sag.  
d. c. XCVI. p. 52. &  
525.

Konung Olaf  
Helg. Har. Sag.  
d. c. XCVI.  
Videfs Indicem Scyth.  
Scand. Cl. Verelli:  
itemque notas nostras  
ad d. Ind. p. II. & 12.



idcirco nemo ignorare poterit, nisi jura legesque patrias juxta cum ignarissimis nescire volet. Profecto viri providi & circumspedi est, malle integritatem veritatis tueri, quam fimbrias quasdam, & pigmenta adscititia; nec committere, ut se videntem, volentem teneat error, aut turpis ignoratio veri.

*Secundum debitam formam & consuetudinem, ab antiquo jure, in Regno Sueciae approbatam, in loco pro electione Regis deputato. Et sub finem: Per hoc tamen juribus & consuetudinibus, in Regno Sueciae & Scania ab antiquo tempore de Regum electione observatis &c.* Ecquis est lector? cui non ab initio verborum, quae jam prolata sunt, persvasum sit, illum ritum regis eligendi, in Svioniae regno, antiquum fuisse? quis non ex eo statim judicaverit, quod heic ostenditur, ipsum pervetusto jure ac consuetudine observatum? Quod si quis verborum horum notione vi & efficacia minus urgetur ac premitur, non possum utique dubitare, quin is tamen, cum in vernaculo instrumento, *af hedenhös* obtinuisse legerit: statuat fieri non posse, ut in tempora, quae à nostra memoria patrumque longissime absunt, jure merito non rejiciatur. Accedit auctoritas legum veterum Sudermanicarum, ante jus commune vetustum editarum, quae mentionem hujusce ritus faciunt; & in primis membranei Codicis, quem Bibliotheca servat Illustrissimi, dum in vivis esset, Senatoris Regii, Dni Claudii Fleming. Ubi, praeter alia, de ritus hujus antiquitate ultima agitur, simulque verbis notatione dignissimis declaratur, in Legum ista Codices sollemnia istae Regum Electionis, & jurisjurandi capita ante tempora R. Magni Erici, non esse relata. Neque quisquam omnium, qui ultra primas literas progressi Gothice sciunt, haec verba secus, quam dixi, interpretari poterit: *sum gattal richis rät of fiduane af alder haver varit / um Konunga val thera / an tho at val of eda varo di i Laghbokum sua med scripte veltyster sret hans dagha / sum han nu sidsver i sinne tilldömd giorde / of gaff til godra eptirdöma.* Profecto verba etiam *af hedenhös* aliter cum ratione intelligi nequeunt, quam ut remotissimam profanorum temporum memoriam respiciant, ab *heden & haus / hös / capite* sive *prima origine*. Cumque in regno *Sueoniae & Scaniae*, ab antiquo tempore, ritum hunc observatum evidentiter inculcent auctoritates publicae, necesse fides ipsis habeatur, neque de nihilo esse statuatur, rem tum temporis ita percrebuisse, in ore atque sermone omnium, ex indubiis monumentis, fuisse. Notissimum ad haec, ex iis quae supra scripsimus, Scania, quamvis, Rege Magno Erici, redemptam regnoque restitutam, sub Amundo tamen Slemme, de Gothiae quasi complexu, dolo malo ante avulsam atque abstractam fuisse, & post id etiam temporis profanam in patria nostra superstitutionem sapius, prohi dolor! repetitam. Si igitur ab antiquo tempore in Scania quoque, ante aetatem Amundi Slemme, ritum hunc observatum, auctoritates perscriptae & monumenta haec publica edoceant, quid illis inde futurum est, qui ad secula nobis propiora, nonnullis inducti scrupulis, dilabuntur? quod confugient? ubi nitentur? literas enim & auctoritates publicas de medio removere non poterunt. Firmat & hanc sententiam Saxo; firmat Krantzius; firmat Vormius; firmant alii. Verba sane Saxonis haec sunt: *Lecturi Regem veteres affixis humo saxis insistere, suffragiaq. promere consueverant, subjectorum lapidum firmitate facti constantiam ominaturi. Quo ritu Hum-*

*Act. typis edit. Stockholm. Ao. MDCVII. cum gratia & privilegio. Se. Re. Mts. p. m. 7. Et in alio Act. publ. cod. excus. Ao. M.D. XLV. p. 156.*

*Cod. Mss. vetustiss. Legum Suderm. Tit. Non. br. c. III.*

*Saxo lib. 1. Hist. Dan. p. m. 3. lib. D. vitz Hameli, Regis Dan. secundi.*

*blus*

blas decedente patre, novo patria beneficio rex creatus. Id quod totidem eitam verbis repetit Krantzius. Quin & Vormius: *Reperiuntur*, inquit, *in his oris loca quadam, in quibus Reges olim solemniter creabantur pompa, quæ cincta adhuc grandibus saxis, ut plurimum duodecim conspiciuntur, in medio grandiore quodam prominente, cui omnium suffragiis electum Regem imponebant, magnoque applausu excipiebant.* Dein, præter antiquum etiam locum in Sialandia; & collem in Scania electionis, frequenti in eum finem conventu celebratum; in *Cimbria* quoque, ut appellat, propè Viburgum ejuscemodi peracta sollempnia; & extare saxum in campo *Danerlung*, adeoque Danum in eo primum inauguratum esse memorat: transitum inde faciens ad Upsalia vicinum saxum *Morasten*, morisque fuisse docens, ut electo viribus consuetis Rege, super ipsum lapidem *Morasten* alium locarent minorem, qui in rei gesta testimonium, nomen Regis, tempus etiam, quo electio solemniter peracta, contineret. Et paucis interjectis: *An verò in omnium Regum electione observatum hoc sit, non facile dixerò, cum de nullo, præter Ericum Pomeranum, hoc legerim.* Quid autem sibi, de cetero, velit clariss. Vormius, ignoro, cum moris fuisse primum docet, monumentum quoddam ejusce rei, lapidem alium, in quo nomen electi, cum anno dieque insculptum, super lapidem majorem, *Morasten* dictum, reponi: & paulo post fatetur, *de nullo, præter Ericum Pomeranum, hoc sibi lectum observatumque.* Nec enim ad morem si ve consuetudinem inducendam unus tantum actus suffecerit; quamvis simul in dubium vocari nequeat, quum manifestò constet, pluribus ipsam exemplis planè confirmari. Unde quod monumenti quoque causa superimpositus legatur lapis, in quo hæc verba habentur: *Anno Domini MCDXLVIII. 28 die Mensis Junii, in vigilia Apostolorum Pet. P. electus est nobilis vir, Dominus CAROLUS Canuti, Miles, natione Svecus, in Regem Svecia.* Cetera mittuntur in præsentia.

Sed quibus potissimum rationibus sententia inhiatur contraria, jam viderimus. Qui possit, inquiunt, hoc esse verum, cum ista per hereditatem quasi succedendi consuetudo duraverit ad Regem Ingialdum? confitendum est igitur necessario, istis temporibus locum non fuisse electioni; ut non queant satis neque communem rerum antiquarum conditionem sortemque, neque hujus singulatum ritus fata fortunamque admirari. Verum enimverò, factam esse de regno, hereditario jure, capeffendo conventionem; Anno Christiano cō ccc XLIII in superioribus dilucidè ostendimus, quam idcirco etiam ordines regni *Unionem* ipsi appellarunt hereditariam: nihil tamen secius, disertis verbis dicto instrumento præcipitur atque statuitur de inauguratione loco sollempni ad *Morasten* propè Upsalas celebranda, observatis omnibus, quæ jam inde ab antiquo Antiquitati visum erat instituire. Quid? nonne sumtuosissimum etiam apparatus convivium hereditarium post obitum parentis, invitatiue ad id principes ac proceres omnes, uti mos tantum erat istorum temporum? ita credimus: Si non hæc ipsa, id etiam temporis, conjungi possent, adeoque finitis sollempnibus cujuscuncq; inaugurationis, ut hodieque fit, epulum pronuntiari, ac præberi in hujusce actus insigniorem memoriam, & omnes omnium lætities. Quid illa, quæ leviora videntur esse; in solita de bello consultatione; promisso proferendorum regni finium; poculo epoto; & ceteris huc spectantibus; quæ quidem in aula Regia, post

Krantz. Dan. lib.  
I. c. III. vitæ d. Regis.  
Vorm. Monument.  
Dan. lib. I. c. XII. princ.  
p. 87. Addantur &  
pagina sequentes.

Conferantur Acta  
publica, editore Jo-  
hanne Hadorpbio, p.  
75. & seq.

Exegi Histor. Stockb:  
edit. Ann. cl3 l3c x.  
Nom. Ord. Regni p.  
m. 3. & seq.

sollemnem regni sub dio susceptam administrationem, peragebantur: an alicujus paulo humanioris animum possunt movere? Quam facile serperent errores, & perperam veteres interpretandi consuetudo quam non facile reprimeretur, si talis, rebus attributis neglectis, scriptoribus invitissimis, exculperetur sententia: de qua quid nos disputemus, cum tota posita sit in legibus ac monumentis invictæ veritatis? quid porrò argumentemur, qua de re dubitare nemo debeat? an hoc dubitabit quisquam omnium? quin auctoritate standum sit publica, quæ semper expetitur. Multa quoque privatim fiunt, aliis in negotiis, ut olim quoque in nuptiis, post sollemnia publicè celebrata; quæ tamen, ob ritus subssecutos domesticos, pernegari nec possunt, nec debent. Sed ipsa effigies Regum, quam in saxo omnium antiquissimo fuisse referunt, sinistrâ tenuerat scutum, dexterâ pomum, hoc est, globum, eumque cruce insignitum, ut vix æ ne vix quidem ambigi possit, quin hic ritus Regum electionis in patria demum nostra coperit post religionem inductam Christianam. Verum, quid ea res ad hanc rem pertinet? Effigies ejuscemodi post Christiana recepta sacra in saxo incisa: ergò antea saxum non existit. In lapidibus, seculis etiam sequentibus, uti dudum vidimus, insculpta Regum nomina, cum annis diebusque: ergò electio & inauguratio Regum in comitio Morensi antè facta celebrataque non fuit. Quam vana ac futile istæ sit argumentandi ratio, nemo non intelligit, quamque viris eruditis indigna videatur. Nihil profectò possumus reperire, quamobrem temporum ac rerum, de cetero, callidos & sapientes viros in istam opinionem incidisse arbitremur. Hæc omnia, quæ diximus, argumenta satis evincunt, quid hac de re verè sit sincerèque censendum. Proh hominum fidem! quid hoc est? quæ hæc causâ? quæ hæc ratio est, quæ prioribus adjicitur? Nusquam antiquiores scriptores electionis hujus ad *Morastien* / ut opinamur, meminerunt. Immo meminerunt leges communes vetustissimæ: meminerunt aliæ supra laudatæ: meminerunt Historiæ sapiusculè; quamvis licet non vocabulo tantum copulato, *Morathing* / verum simplici etiam *Thing*, ipsam illum nostrum conventum expressum verè voluerint: cujus ideoque mentio locis tantum non infinitis injicitur. Nihil enim, in hoc vel maxime negotio, à majoribus nostris gestum, nisi auspiciò; nisi sub dio; nisi in communi concilio, confluentibus proceribus omnibus, & cetera quoque multitudine, vel Regis ex antiqua illa Regum profapia inaugurandi, vel stirpe illa deficiente, eligendi causâ, uti supra vidimus. Nec aliter ferè historicorum verba accipi possunt debentque, ubi vel inaugurationis, vel electionis illius sollemnia à *thing* celebrata leguntur; uti aliàs tum multa ea de re, tum etiam hoc nos meminimus scribere. Et hinc etiam evidentissimè patet, necesse esse, auctores sententiæ contrariæ fluctuare, falli, errare, labi, decipi, cum de tempore, abrogatâ successione, præter cetera, in quibus multa peccantur, minus inter ipsos conveniat, quo ritus hic electionis sit ad *Morastien* institutus. Alii eum, Rege Ingone primo, cœpisse volunt: alii post duorum illorum Hericorum mutam de regno discordiam, bellumque civile, quo tandem genus omne Regum extinctum fuit: alii *sub Christianismum*, uti loquuntur, hoc est, Svionibus primum ad sanam CHRISTI doctrinam ab impura profanaque superstitione traductis: alii ignorantiam heic suam ingenue profitentur: alii alias obtrudunt sententias,

*J. vetustiss. Comm.  
Non. br. c. IV. & c.  
III. Chr. 22. cod. Tit.  
Nec non Membr. vet.  
h. t.*

31  
tentias, atque ad se tandem recurrentes anxie tamen agitantur, sicut in quodam tremore sit maris, cum ex tempestate quodammodo requievit. Quod ad nos attinet, nisi tantum nobis in legibus, in quibus libenter acquiescimus, publicis perscriptis auctoritatibus, & historiis praesidii esset, quantum profecto dudum ostendimus, in eam utique sententiam unice propenderemus, esse electionis hunc ritum ad *Morosten* institutum receptumque, cum Upsalis residere Reges omnino desuissent, longo tandem, quo censebantur, sanguine Ingingorum deficiente.

Ex his itaque omnibus, quae de hereditate regni palam protulimus, facile perspicitur, regnum Sveoniae, libero consensu populi, praevis quoque temporibus factum hereditarium, congruenter naturae convenienterque aditum esse. Et quia natura non hominibus tantummodo singulis, sed gentibus etiam nationibusque universis amorem sui & conservationem insevit, sine ullo dubio populus quoque id semper voluisse censebitur, quod maxime sibi expediret. Cui primum consequens fuit, ut regnum foret individuum, ne portionibus inter liberos Regum divisum, facultatibus, opibus, copiis, viribus distractis, infirmum, debile, ac omnibus injuriis obnoxium tandem redderetur; quamvis licet divisionem etiam magno Reip: incommodo, non raro, toleraverit. Deinde, ut familiae haec esset hereditas, qua tandem extincta finitaeque regnum ad populum rediret, optimum quemque electione iterum inventuram. Tum etiam, ut ne alii in regnum succederent, quam ex iustis nuptiis suscepti, utpote qui soli digni existimarentur, qui eximia caritate decentique veneratione a civibus omnibus diligerentur ac colerentur. Quartum erat, ut ex iis qui pariter ad hereditatem admitterentur, mares feminis haud immerito praepo-nerentur: quippe cum ad belli pacisque artes aptiores omnino viri mulieribus haberentur, armis magis viros, & colu lana linove amicta, cum fuso ac stamine, feminas condecorantibus. Praeterea, ut stirpis maximus, aetatis auctoritate, ceteris omnibus praeretur, utpote confestim par tanto fastigio, aut certe ante reliquos primo quoque tempore futurus. Quod idcirco juris esse naturae ac gentium scriptores fide digni referunt, & moribus omnium gentium servari. Postremo, ut quanquam liberi ulteriorum graduum in locum vicemque subirent parentum praemortuorum, ad id tamen nihilo secius recte attenderetur, ut capaces essent juxta cum ceteris, salva semper sexus primum, dein aetatis etiam praerogativa inter capaces. Quare non possumus non adfurgere majorum nostrorum prudentiae in omnibus spectatae, quorum quidem ingenii, & inventis omnem vitam legibus & institutis adeo excultam, exornatamque, & prisca & recentia videre secula, ut ne tantulum, novis temporum casibus, fortuna feriret. Et quamvis vir ille clarissimus, quem supra laudavimus, istuc quoque loci stilo consignare non dubitaverit, regnum hereditarium simpliciter idem esse, quod in patrimonio imperantis, in eo tamen vehementer fallitur. Certè apud Spartanos regnum ad heredes transibat, etiam post Ephoros constitutos, utpote qui fuissent a Theopompo oppositi Regibus: sicuti Romae consulibus tribuni: & heroicis temporibus ple-raq; in Graecia talia quoque regna, ut alia aliarum gentium in praesentia omittantur, fuisse docent, pariter cum reliquis, Aristoteles, & Dionysius Halicarnassensis: quae tamen nemo in patrimonio fuisse impe-

*Justin. lib. XVI. c. 2.*  
*lib. XXI. c. 1. lib.*  
*XLI. c. 5.*  
*Herodot. lib. VII. c. 2.*  
*Grot. lib. II. de J. B.*  
*P. c. VII. §. XIV.*  
*XV. XVI. XVII. XLIX.*  
*n. 2.*

*Verel. not. ad Hist.*  
*Hervor. c. XX. p. 190.*

*Aristot. d. de Rep.*  
*lib. III. c. X. & seq.*

*Dion. Halicarn. lib.*  
*II. c. V. v. loc.*

antis,



Nep. vit. Agefil. c.  
 I. & De Reg. c. I. nec  
 non Pausan. c. III.  
 Thucyd. ex eoque  
 Kencham. not. ad b. l.  
 Paus.  
 Vell. Paterc. lib. I.  
 e. VI. & Lips. ad h. l.  
 Xenoph. lib. De Rep.  
 & Leg. Lacedam. p. m.  
 290. lis. E.

Grot. lib. I. c. III.  
 §. VIII. n. 10. nec non  
 Tesmar. & vel. ad  
 h. l.

Herodot. lib. VII.  
 Polymn. p. m. 214.

Ad Ocean. Jur. in  
 eod. Gulielm. de Mon-  
 tiserr. De Success.  
 Reg. pl. pag.

Lim. De Jur. publ.  
 lib. II. c. II. n. 24. & seq.  
 Carol. Fabrot. Epist.  
 Dedic. ad Petr. Segv.  
 pref. libris Socra-  
 tuor.

Mich. ab Agv. Con-  
 sil. pl. p. De Success.  
 regn. Portug. Job.  
 Del. Castill. constr.  
 quot. p. III. c. 19.

Grot. d. lib. II. c.  
 VII. §. XXII. n. 1 & 2.

§. XXIII. Videatur  
 ad hac Grot. Ziegleri, Tesmari, Gronovii, aliorum notæ ac observationes ad b. l. Conferatur quoque Pufend. De Jur.  
 Nat. & Græc. lib. VII. c. VII. §. 13. p. m. 995. ubi verba semel Grotii, ut solet, auctore non laudato, exscribitis.

rantis, hoc est, pleno jure proprietatis temerè dixerit. *Mos*, inquit *Nepos, est Lacedæmonis traditus*, (nulla enim scriptæ illis leges) *ut duos semper reges haberent ex duabus familiis Proclis & Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Sparta reges fuere.* Undè generis hujus Regii apud Historicos haud infrequens est mentio; cujus seriem etiam, longo Regum ordine, à Leonida & ejus majoribus recenset Herodotus. Namque Leonides Anaxandridæ filius, qui Leontis, qui Eurycratidæ, qui Anaxandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alca- menis, qui Telecli, qui Archelai, qui Egesilai, qui Doriagi, qui Leobotis, qui Echestrati, qui Hegesis, qui Eurysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui Cleonidæ, qui Hilli, qui Hercules filius fuit. Nepoti Reges nomine magis quam imperio: & alibi: nomine, non potestate, sive, ut alii expriment, nomine, non re. Tantum igitur abest, pleno jure proprietatis imperium habuerint, ut ne rerum penes ipsos summum regimen maiestasque fuerit. Magistratus solum erant, ducesque militares, subjecti Ephoris. Ecce iterum verba Nepotis: *ab Ephoris in vincula publica (Rex) conjectus est. Licet enim legibus eorum, cuius Ephoro hoc facere Regi.* Eadem etiam Xenophonti peregre, ut cetera, observata hunc maximè in modum: *Itaque Ephori multandi pro lubitu potestatem habent, & sine mora exsequendi, nec non dimovendi & depellendi de dignitatis gradu, & in carcerem conjiciendi, ac in eos vitam capitis inferendi:* ita enim verba, *ἡ δὲ τῆς πόλις τῆς ἀρχῆς νόμος*, ad rationem juris, interpretari convenit. Nec quicquam propius est factum, quam ut hanc æquè differentiam persecuti sint, atque sincerum ita semper aurum comico, & æra lupinis distare censuerint. Jam illud apertum profectò est, durationem successionis in familia rem ipsam non immutare, neque successionem titulum esse imperii, qui imperio formæ Regalis habitum induat, nedum jus tribuat patrimonii. Qua de causa verè factum, ut, libris suis de Republica, Stagiritis, ad ductum veterum omnium, regna, quæ jure sanguinis, quale etiam Laconicum esse memorat, ab iis, quæ electione deferrentur, accuratè distinxerit, uti supra vidimus. Ejus rei ipsa verba formulæ testimonio sunt. Quid est igitur, cur non rectè magno Grotio dictum ducatur: subjectos fuisse Reges Spartanorum Ephoris; quum hoc ipsum leges, & exempla, de quibus jam dudum loquimur, evidentissimè monstrant. Sed quoniam de successione heic agitur, non ab re fuerit, de ea quoque, quæ juris naturæ ac gentium doctoribus linealis, sive jus etiam transmissionis appellatur, perpauca differere: quo quidem, facessentibus purpuræ opprobriis, in sinu etiam veræ stirpis regnum repositum esse videatur. Nempè quum omnes primo Rege prognati, veluti lineam ad perpendicularum directam constituunt, quorum quilibet honori regni propior, prout quisque in eadem linea, eodemque graduum ordine, sexus primùm, deinde ætatis prærogativâ potior. Cujus duæ, reverà, species sunt: agnatica una; altera cognatica. In illa feminæ, & ex iis nati in perpetuum à successionem remouentur. Hæc mares in eadem linea feminis anteponit; ita tamen ut ad has indè & feminis natos fiat regressus, si propiores, aut pares cetera mares, aut ex maribus non existerint. *Cuius quærens est*, inquit Grotius, *ut filia ex filio præferatur filio ex filia, & fi-*

lia ex fratre filio ex sorore, item filius majoris fratris fratri minori; atque ita in ceteris. Neque usus ejuscemodi successione cernitur in una tantummodo & altera gente, sed etiam in pluribus; ut probè ita animadvertatur, quanta illa res sit, quam istæc intendat consideratio; ut neve major, neve minor cura, & opera suscipiatur, quam causa postulet, omnibus rectè observatis, quæ complexi animo, & cogitatione debemus. Undè quoq; linealis successione fit mentio in Conventione Norcopiæ inita Ao. MDCCIV; quæ dein uberius repetita Stockholmiæ Ao. MDCCXXVII. atque iterum instaurata Holmiæ Ao. MDCCXXXIII, mense Januario. ubi deficiente agnaticâ, locus est successione cognaticâ. Disertis autem verbis agnaticâ solius Conventio meminit omnium ordinum inita Arosiæ Ao. MDCCXLIV. Effter Konung Gustafs dödhetige fränfällu / så skal Hs. K. Mg. äldste Son tagga widh then Konunglige Cronen och Regemente / och effter honom hans äldste Son / och Furstelige mantions erfvingar / then ene effter then andra. Ther och så wore / at then äldste Sonen vthan Mantions ächte Erfvingar afginge / thå skal Rikset och thet Konunglige regementet falla til then andre / och han och hans ächte Mans erfvingar blifwa ther widh / så länge een igen wore / och sedhan tridie och stârde: Hoc est: Post obitum Regis Gustavi, filius ipsius stirpis maximus regni regimen capessit: cui filius inde suus primum genitus succedit, & post etiam reliqui virilis sexus, ordine, secundum lineam, ritè conseruato. Quod si verò primus ex eo natus sine justis heredibus masculis decesserit, regnum secundus accipit, & ejus dein ex justis nuptiis susceptus filius, tum ceteri mares, gradus & ætatis in eadem stirpe ac linea ratione habitâ. Quibus omnibus non superstitionibus, tertius & quartus pari modo ad successionem ejuscemodi admittuntur. Itemque Confociatio facta Arbogiæ, quam Unionem etiam appellant, Ao. MDCLXI, his verbis: Em then Konunglige Arfvrædt / skal thet så stadigt och fast altijd blifwa / så at når Konungen hafwer effter sig låtit flere söner än en / skal så then äldste intråda vthi thet Konunglige regemente / effter sin Fadhers dödhetige afliohande. Sedhan effter honom hans Son / och thet effter hans mans affödhe / så länge nogon mans person warer af then äldstes blodh / Stam och linie. Ther och någre Dwins arfwinger äre / skole the effter som Testaments Ordning och Sweriges Lagh förmåle, blifwa medh een anferlig och städigh Brudhskatt försorgde. När nu ingen annan Mans person är öfwerer / skal thet sedhan falla til then andra af thet Konunglige blodh / som näst then äldste är / och sedhan vthi lijke måtte som förefriswic stâr / skal thet och gå och deriveras til hans mans affödhe / Et och Ec / så länge nogon af samma blodh eller linie igen öfwerblifwen är. Och såsom then andre och näst then äldste / skal icke intrådha för then äldstes och förste mans affödhe / ehurulångt thet kan wara kommit ifrån then rätte Stammen / skal icke eller then tridie gidra thet för then andra / eller nogon mans person som är vthaf then äldstes blodh / stamm och linie. Thetta skal vthi lijke måtte som före frifwic stâr / wara medh then tridie / stârde / fempre / och huru många grener the wara Ruune: id est: De jure in regnum succedendi hereditario istæc omnino forma servator. Si Rex moriatur pluribus uno filio relicto, regnum natu maximus accipit: cui filius suus, & ceteri deinceps masculini sexus, ex ejus sanguine prognati, succedunt, linea ualitur à semper prærogatiua.

Conferatur Decretum & Convent. De Success. Heredit. Norcop. Ann. MDCCIV. d. 22. Mart. Et Declar. fact. Holm. MDCCXXVII. 24 Decemb. Decret. Comit. Ann. MDCCXXXIII. d. 3. Mens. Jan. art. 1.

Videatur conjunctio & fœdus Arosiæ in Etam Ao. MDCCXLIV. & Acta Publ. Typis iterum excusa Ao. MDCCVII. Stockholm. p. m. 13.

Conjunctio sive Un. Arbog. celebrata Ao. MDCLXI. & Act. Publ. recusa Holmiæ Ao. MDCCVII. p. m. 63. & seq.

Conjunct. Ordin.  
omnium de Heredita-  
ria Successione, Ann.  
MDCCIV. Norcop.  
fact. p. 10. 13.

rogativa. Quod ad feminas attinet heredes, vigore testamenti Gustaviani ac juris communis, Regia virgines, dotibus de fisco datis decen-  
tibus, collocantur. Non autem superstitibus liberis virilis sexus ex filio  
stirpis maximo, regnum ordine secundo defertor, & inde etiam heredi-  
bus ejus masculis, donec aliquem ex hac stirpe, progenie, ac linea super-  
esse contigerit. Et sicuti primo filio ejusque liberis, uti dictum, exsi-  
stentibus, nullus esse locus poterit secundo, ex eoque descendantibus: ita  
quoque de tertio, quarto, & quinto, ceterisque filiis vita defuncti Re-  
gis, eorumque progenie, licet late per generationes diffundatur, lineis  
quam rectissime distinctis, idem juris esto. Addatur his conventio de  
hereditaria successione Ann. MDCCIV perfecta Norcopiæ, verbis ita  
se habentibus: Hvar och åter igen sig ett sådant begäfrer / at hög-  
bete, vår vthvalde Konung (notetur heic GUSTAVUM ADOL-  
PHUM Regem dici electum, quamvis natalium sorte & hereditaria  
successione Rex, de cetero, vigore supra laudatarum pactio-  
num, ap-  
pelletur) Hertig Gustaff Adolff, (genom Gudz wille någre Konung-  
lighe och Furstelige ächte Wansköns arfwinger hade eller och effter sig  
låte / då skal hans äldste Son til regementet komma / och sedhan såsom  
then affdöle / ifrån linien och til linien, then ene effter then andre / intråda  
vthi thet Konunglige Regementet / och thet förestå och regera / och the  
samme hans Söner födde eller ofödde / vthaf och och wære effterkom-  
mande för råtte Arff Konungar til Sweriges Eröno hyllade och swor-  
ne Konungar wära och blifwa Skole. Hvar och hertig Gustaff Adolff,  
som nu wår nestkommande hyllade och vthvalde Konung är / genom  
Gudz wille / föruthan Wansköns Konunglige och Furstelige Arfwinger  
get dödheligen afginge / då skal then nestfölgende / wår nådigeste Ser-  
res och Konungs Son högborne Furst / Hertigh Carl Philip, som eff-  
ter linien then andre födde eller secundo genitus är / afweles vthi sådane  
mått och forma, som medh Hertigh Gustaff vthtryckt är / vthi thet  
Konunglige Regementet för en hyllad / sworen och vthwald / och stad-  
säft Konung til Sweriges Eröno och Rikste intråda. Ubi ejuscemodi  
iterum casus emerferit, ut Rex noster electus, princeps GUSTAVUS  
ADOLPHUS, ex justis nuptiis, satis sic adgubernantibus, filios tollat  
masculos, primus ipso natus filius Rex esto: quo quidem è vita exce-  
dente, ceteri ejusdem linea ad regale solium evehuntor: nullo inde  
transitu ad aliam lineam futuro, dum aliquis ex primæ linea liberis  
superfuerit; quorum tam nati quam inde nascituri, Reges à nobis po-  
sterisque nostris Swionia hereditarii, verà inauguratione, ac fide jure-  
jurando sincerè datà, sollempniter, suo quisque ordine, renunciantor.  
Quod si verò GUSTAVUS ADOLPHUS, post parentis sui decessum, ritè  
inauguratus Rex, DEO sic volente, sine prole mascula, vitam cum mor-  
te commutet, Regis nostri filius alter, ordine ipsum proximè excipiens,  
princeps CAROLUS PHILIPPUS, pari modo, quo princeps GUSTAVUS  
ADOLPHUS, regale fastigium conscendito, jus idem ad filios suos poste-  
rosque transmissurus, ratione servatà linea cujusvis eorum, ex iisque  
in infinitum descendantium. Legantur etiam sequentia. Rationes au-  
tem, & res variæ, quare, vità Regis posità, inducta successio sit herè-  
ditaria, & cognatica, eaque vel agnatica, vel cognatica speciatim di-  
cta, in memoratis sanè conventionibus ac pactis peregrinè exprimun-  
tur. Nempe primùm, ut successio sit certa, tranquilla, quieta, re-  
mota à procellis invidiarum, nullis discordiis & factionum anfractibus  
unquam



unquam obnoxia. Deinde, ut major semper exoriatur amor & reverentia ex sanguine domus regnatricis. Denique ob spem de educatione principe digna adfulgentem, ut par tantæ moli princeps evadat, cum pueritia, optimis quibusque magistris, adolefcere possit, & animus ad regni surgens fastigium ita erudiri, ut scientia sua verè ad regimen omnia spectantia complectens, aliena ambitione non trahatur. Quæ quidem Reipublicæ commoda plerumque cessare videntur, cum liberorum nihil Regii sanguinis, tempore procedente, relinquatur.

*Item, si ipso Domino nostro Rege &c.* Quum ex dudum dictis satis cognosci possit, jure hereditario gaudentes potissimum filios Regum, Sveoniæ regnum inter sese partiri non dubitasse: id ipsum eò majori nonnunquam periculo expositum etiam cernimus, quò quis ambitionis effervescentis æstu percitus, ceteris vi vel astu sublatis, solus rerum potiri maluisset. Hinc lites, contentiones, dissidia, & bella quoque civilia, quibus vehementer exardescuntibus, multum sanguinis injicem fufum est, altero in alterius palpitantis cruore macerato. Quæ ex re factum, ut omnibus etiam ac singulis collisis civibus, nobilibus ac ignobilibus, senio confectis ac junioribus, cujuscunque conditionis & sexus, totique adeo enervi, exsucto civium sanguine, Reipublicæ, donec è procellis tandem fluctuantis imperii eriperentur, inlata mala sint vastitatem terrarum minitantiæ. Quid ad hæc qui alius sunt sententiæ? falsum omnino esse quod monumentis historiarum proditur? hoc nunquam consomniantes dicent. non ita magnum indè damnum perceptum? ne id quidem dicent. non injuriam insigniter factam? qui poterunt cum ratione dicere? quid igitur dicent? neminem, jure suo tantum utendo, videri alterum injuriâ afficere. Esto! juris hereditarii, non intercedimus, Regnum hoc fuerit. Ad insignes tamen audacias, ac dominandi libidines aliqua ex parte rescandas, è re fuisset, in antecessum ita legibus æternum, duraturis sanciri. *Sveonia in partes distributione, nervi ne præciduntur: Rex omnia dominatu suo tenens unus esto: Ceteri regii sanguinis, pecuniâ sibi aut aliis rebus assignatis contenti omnes Regi imperium consecuto sine fraude parento: Pluribus regnis unius ditioni ac potestati subjectis, unum nihilo secius esto imperii universi corpus, nulli unquam divisioni obnoxium.* Quibus constanter servatis, tantum utique effectum esset, ut tribus his inclutis Septentrionis Regnis, Sveoniæ, Daniæ, & Norrrigiæ, unius in perpetuum dominatui rectissimè subditis, nullius unquam principis, aut populi, vel plurium potentiam metuere ac formidare ipse ille necessum haberet. Quæ quoque felicitas, bono faustoque omine, futura fuisset, si arctissimo saltem amicitia germanæ foedere conjuncta mansissent: quod tamen optare potius, quam in posterum sperare nos jubent aliorum principum ac populorum artes industriaeque, id utique animo molientium, ut ne felici ejuscemodi conjunctione perfruantur: quamvis armis, legibus, moribus, jam indè ab antiquo florentissima, Reges haud raro, factâ etiam separatione, optimos, sicuti nostrâ quoque memoriâ, habuerint, qui sua semper maximè interesse existimaverint, summa cum honestate, cum summa elegantia, atque integritate, vivere; quibus idcirco per virtutum & animi obfirmati decora, ipsa fortuna sit sapius coacta cedere.

Anno Domini MCCC LI Rex Svecorum Magnus Erici adversus filium suum Ericum nec non optimates ac proceres Sveciæ, propter vitam & conamina ipsius planè exosa, regni imperio se privare volentes, à Waldemaro Rege Daniæ clam auxilium rogavit. Sed Waldemarus simulans se hoc ipsum Sveciæ Regis petiit abnuere, respondet minus sibi necessarium esse in gratiam Regis, cum gente Svecana bello implicari, nisi modò Scania restitueretur, quæ non tantum ante hominum memoriam Daniæ paruiisset, verum etiam postmodum in perpetuam illius possessionem adferta fuisset, ut ex literis papalibus confirmatoriis videre est, quas Rex Waldemarus tribus Svecorum Episcopis, cum aliquot Danis apud Archiepiscopum Lundensem dicto anno, pacem inter hæc duo regna conciliaturis in originali ostendebat: eadem occasione R. Waldemarus per suos id egit maximè, ut Episcopi Sveciæ hîc collecti, easdem originales Papæ literas nominibus suis & sigillis in vidisse confirmarent, quod verò facere detrectarunt, & instanter negarunt Sveci Episcopi. Idem Rex Waldemarus eodem anno literas ante nominatas Papales à VI Regni sui Episcopis vidimatas & signatas ad R. Magnum transmisit cum solennissima, in suo, quod ad ipsum dedit, Epistolio, protestatione, de Scania sub Daniæ coronam recuperanda, in quam Germanos, quibus aliquantisper oppignorata fuerat, tantum juris non habuisse, ut cuicumque vellent, eam dividerent, contendit. Ceterum Magnus Erici Rex quanto desiderio auxilium Regis Waldemari desideraverat, recusabat tamen primùm, & prorsus abnuerebat ejus petiitum (quamvis post decennium circiter alliciendo sese exorari siverit) & præter illam Waldemaro transmissam epistolam, in qua animum ipsius ad promissionem suarum trium literarum, quod Scania perpetuò Sveciæ coronæ addicta existeret, revocavit, etiam exemplare quoddam literarum originalium octennio ante id tempus Wardbergæ exaratarum sigillis corroboratarum Regi Waldemaro remittebat, quibus ex pacto constitutum erat, ut Scania Sveciæ coronæ perpetualiter subjecta maneret.

Vidisse harum literarum.

In nomine Domini. Amen. Universis præsentibus visuris vel auditoribus, Nos Henricus Roskildensis, Petrus Ribensis, Sveno Arufiensis, Andreas Burglaviensis, Fr. Nicolaus Otroniensis, & Petrus Viburgensis, miseratione Divina Episcopi, salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod literas Papæ Agapeti Secundi b. m. cum vero ejus sigillo sigillatas omnique suspicione carentes, de verbo ad verbum vidimus & diligenter perlegimus, quarum contenta ad petitionem magnifici Regis nostri, præsentibus duximus inserenda. Tenor igitur talis est:

Agapetus Episcopus servus servorum DEI, Regibus, Principibus, & Ducibus gloriosis, nec non universis aliis aquilonaria regna inhabitantibus, salutem & Apostolicam benedictionem! Quantum ad regnorum detrimentum, quantum ad confusionem populi Christiani, quantumque ad destructionem Ecclesiarum, discordia & inimicitia &c.

In cujus rei testimonium & præmissorum omnium fidem, prælectionisque scilicet & inspectionis evidentiam plenior, sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Hassniæ Anno Domini M C C C L I. Dominica ante festum beati Andreæ Apostoli.

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

*Nisi modo Scania restitueretur, qua non tantum ante hominum memoriam Danie paruisset, verum etiam postmodum in perpetuam illius possessionem adserta fuisset, ut ex literis papalibus confirmatoriis videre est. Ita quidem Rex Waldemarus, diversa priori orationi voluntate, scribere tum non dubitavit: quamvis Scaniam Gothiæ ab remotissima profanorum hominum memoria adhæsisse, ejusque verè partem constituisse, præter naturam circumfuso undique Daniam Oceano terminantem, & cetera in communibus hominum sensibus posita atque infixæ, monumenta invictæ fidei evidentissimè edoceant. Eosne testes improbabit, quos ante ipse probarit? eis negabit credi oportere, quibus ipse omninò crediderit? eorum testium ad arbitros, principes omnes populosque, fidem infirmabit, quorum propter fidem, conscientia convictus, hunc in modum, Scaniæ, Regi Sveoniæ Magno Erici, plenè dominium addicturus ipse disseruerit.*

**Universis præsentibus literas visuris vel auditoribus, Waldemarum DEI gratia Danorum Slavorumque Rex & Dux Estoniæ, salutem in omnium Salvatore. Hortatur non mediocriter rectæ rationis discursus, ut ea, quæ ad pacem sunt ac concordiam regnorum, præcipuè vicinitate sibi co-**

E 3 hærentium,

*Conf. Chron. Sveoniæ  
vetust. c. 1. Histor.  
Eric. Upsal. lib. 1. vit.  
Urb. & Haquin. Ring.  
& al. Hist. Gust. I.  
p. 1. p. 43. Job: Baz.  
sen. Histor. Eccles. lib.  
1. c. 1. p. 42 & 43.  
I. Paulin. Gotb. Hist.  
Art. lib. 11. c. LIX.  
Lit. alien. & tradit.  
Scan. Helsingborg An.  
1300 ccc XL1. 8 Beat.  
Job. Evang.*



hærentium, ac regum ipsorum, providè ordinantur, viis & modis adhæc accommodis irrefragabili stabilitate perpetuò solidentur, & ut fideles subditi, qui pacis pulchritudine se circum quaque muniri conspiciunt, pacifico regi regum JESU CHRISTO, videlicet pacis auctori dignas laudes devotè persolvant, & eorum temporali regi debitum cum omni fidelitatis perseverantia sinceriter studeant impendere famulatum. Cum itaque regnum DACIÆ, post obitum dulcissimi patris nostri, Domini Christophori Danorum Slavorumque quondam regis felicitis memoriæ, regalis præfidentia longis retroactis temporibus careret regimine, & heu! diversarum nationum rapidi plurimum & feroces hostes ipsum regnum utique nobile atrociter & irrationabiliter contrectabant, potiores [ in vernaculo the ypperfibe Ridderskapet och godhe män ) terrarum Scaniæ, Blekingiæ, Listeriæ, & insulæ **Suetthen** / cum communitate eorundem, videntes se multipliciter & inhumaniter ultra rationis debitum in extraneam quasi servitutem eorum ferocitate redigi, & aliis omnibus importabilibus aggravari, libertatibus, juribus & consuetudinibus approbatis, quibus ipsi terrigenæ & eorum parentes ex antiquo liberius congaudebant, penitus enervatis; nec non sentientes se spoliis, incendiis ac aliis afflictionibus & injuriis laceffiri, & tam vitæ quam bonorum suorum die noctuque periculis subjacere, ita quod plerique nobiles ac etiam populares propriis & nativo solo relictis, fugæ præfidium vitam sibi tantummodo reputantes, in magnificum & gloriosum principem ac Dominum, Dominum MAGNUM, regnorum Sveciæ & Norvegiæ regem illustrem, consanguineum nostrum carissimum, tanquam SPECIALIS DEFENSIONIS ADMINISTRULUM, ut per ejus circumspectam industriam, & solettem, ab hujusmodi odiosis relevarentur tribulationibus, SINGULARE REFUGIUM HABERENT, eandem Dominum MAGNUM in ipsorum Regem & VERVM Dominum elegerunt, se sibi per fidelitatis homagium COLLIGATIONE PERPETUO DURATURA firmiter adstringendo. Tandem idem Dominus MAGNUS Rex Sveciæ & Norvegiæ super tot & tantis terrigenarum injuriis & tribulationibus misericorditer motus, ipsosque de hujusmodi tyrannorum dira tyrannide celerius, & absque guerrarum malis injuriis volens eripere. &c.

Legi

Legi quoque poterunt sequentia, à piæ memoriæ viro, Cl. Joh. Hadorphio edita. Lacunæ verò nonnullis in locis paginæ præcedentis, ad ductum exempli adcuratius descripti, istæ occasione supplendæ erant. Sicuti quoque sub finem fermè aliqua desiderantur, quæ quidem adjicienda simul duximus. Namque verba **Fr. Johannes Roskildensis**, cetera hoc ordine proximè excipiunt: **Fr. Tycho Burglaviensis**, **Fr. Nicolaus Ottoniensis**, & **Sveno Arufiensis** Episcopi; **Hemmingus Skarpinberg**, **Joh. de Plazen**, **Petrus de Wendilbo**, **Fridericus de Locken**, **Nicolaus Nicolai Biff**, **Hintricus Nicolai**, **Ingo Eskilli**, **Petrus Gothardi**, **Petrus Grubbe**, **Jacobus Ingelldi**, **Magnus Dahle**, **Ebbo Galth**, milites; **Stigo Ingelldi**, **Ingmarus Agvardi**, **Andreas Johannis de Astorp**, **Paulus Glop**, **Asgarus Brck**, & **Joh. N.** militares. Nimirum in ipsis illis literis, Rex Valdemarus formam quoque libelli supplicis, quem Scaniæ ordines Magno Erici, Sveoniæ & Norrigiæ Regi obtulerunt, ratam ita ipse esse jussit; cujus quidem libelli, præter alia, hæc etiam verba suppliciter ac demistè proferuntur: **Quia hæ Austrogothiæ provinciæ PRIMÒ**

**ad Regem Sveogoth. LEGALITER** pertineant, ideo defensio harum jure eidem incumbat. Missis itaque in Sveoniam oratoribus, auxilium in tantis calamitatibus Regis Magni implorarunt ac impetrarunt, se suasque terras, **QVEMADMODUM AB INITIO FUERAT**, regno Gothiæ in perpetuum subjicientes, quod aliàs contra vim, injurias insultusque hostiles defendi, & in libertatem pristinam asseri omninò nequissent. Sequuntur verba Actorum.

*In quam Germanos, quibus aliquantisper oppignorata fuerat, tantum juris non habuisse, ut cuicumque vellent, eam divenderent. Ita argumentis, si sic appellari merentur, variari video. Equidem non Germanos vendidisse Scaniam Regi Svionum Magno Erici, sed Regem ipsum Daniæ Valdemarum, ipse testatur literis suis ac tabulis sollempnis emtionis venditionis, verbis ita se habentibus:*

**Præfato consanguineo nostro, Domino Regi Magno, ejus successoribus & hæredibus, ac coronæ Regni Sveciæ tam pro dicti argenti summâ, quam damnis & interesse, cum assensu & consilio unanimi consiliatorum nostrorum, & potiorum regni nostri Ducum, Clericorum, & Laicorum, tam prælatorum quam militum & militarium, ac totius populi ac communitatis regni ejusdem, à nobis, hæredibus & successoribus nostris, ac Coronâ regni Daciæ, liberè & spontanea voluntate, non compulsi, non coacti, non dolo, nec aliqua circumventionè inducti, prædictas terras omnes, & earum quamlibet, cum munitionibus & castris in eisdem terris, & earum qualibet situatis, ac omni jure regio & pertinentiis quibuscunque superius tactis & inferius ex-**

**primendis,**

*Conferantur literæ supplices Ord. Scaniæ ad R. Sveoniæ Magnum Erici. item Job. Baz. Hist. Eccles. lib. I. c. 1. p. 43. Paulin. Hist. Ar. lib. II. c. LIX.*

*Lit. R. Daniæ Valdemari Ann. M ccc XLIII. In Off. b. Martin. Episc. cotta & son. Vardberg.*

primendis, **TITULO VERAE VENDITIONIS ET PERPETUAE ALIENATIONIS** dimisimus, & dimittimus per praesentes. Et ut praedictarum terrarum per nos taliter facta **MERA VENDITIO** in se **VERIOR** & magis valida censeatur, in signum traditionis **VERAE** possessionis tam **NATURALIS** quam **CIVILIS**, & ad usus alienationis perfectae evidens argumentum, nos eidem Domino regi **MAGNO**, haeredibus ac successoribus suis & **Coronae** regni **Sveciae** perpetuo possidendas, tenendas & habendas **SCOTAVIMVS** modo debito & consveto, ac a nobis, successoribus & haeredibus nostris, ac corona regni **Daciae** prorsus alienavimus, & omnino abdicavimus terras, **Skaniam**, **Hallandiam**, **Blekingiam**, **Listriam**, & insulam **Sweethen** monetam & nundinas cum earum juribus, ut praemittitur, castris, munitionibus, praediis rusticis & urbanis ad regem & ad jus regum pertinentibus, civitatibus & villis forensibus, una cum jure Patronatus in Ecclesiis, Monasteriis & Capellis quibuscunque regi competenti, omni jure quo terrae, castra, provinciae, & quavis alia mobilia & immobilia scotari, alienari, resignari, renunciari, & abdicari solent, & debent de jure & de facto, assignantes ipsi Domino regi **MAGNO**, haeredibus & successoribus suis ac **CORONAE REGNI SVETICAE**. Addantur his etiam literae sequentes sollemnis additionis: **Universis praesentes literas visuris vel audituris, Waldemarus DEI gratia Danorum Slavorumque Rex, & Dux Esthoniae, salutem in Domino sempiternam. Constare volumus tam praesentibus quam futuris, nos magnifico principi, Domino MAGNO, Sveciae, Norvegiae & Scaniae regi illustri, haeredibus & successoribus suis, ac coronae regni Sveciae, terras scilicet Scaniae, Hallandiae, Blekingiae, Listriae, & insulae Sweethen/ cum castris & munitionibus singulis in eisdem terris situatis, moneta, nundinis, vasallis & hominibus aliis tam Clericis quam Laicis, omnibusque juribus regniis, & praemissorum omnium pertinentiis quibuscunque, quocunque nomine censeantur, nullis penitus exceptis, rationabiliter manu propria SCOTASSE, ET IN SINUM SECUNDUM LEGES PATRIAE TRADIDISSE, AC A NOBIS, SUCCESSORIBUS NOSTRIS ET HAEREDIBUS, AC CORONA REGNI DACIAE TOTALITER ALIENASSE, ET PENITUS ABDICASSE, JURE PERPETUO POSSIDENDAS, ET NUNQUAM IN PERPETUUM PER NOS, HAEREDES NOSTROS, VEL SUCCESSORES,**

*Lit. Reg. Danie  
Waldem. Ann. MCCC  
XLIII. Fer. V. ant. Ce-  
cil. Virgin. Varaberg.*



AUT CORONAM REGNI DACIÆ IMPETENDAS, SEU ALIOVA-  
 LITER REPETENDAS; OBLIGANTES NOS BONA FIDE ET  
 SUB HONORE NOSTRO, dicto Domino MAGNO regi Sve-  
 ciciæ, successoribus, & hæredibus suis, ac Coronæ regni Sveciæ,  
 seu ipsius, vel eorum nunciis specialibus, præmissas terras om-  
 nes & singulas jam scotatas cum cæteris earum pertinentiis  
 superius nominatis, & cum omnibus articulis ad veram sco-  
 tationem pertinentibus scotare, & sibi de iisdem in Parlamen-  
 to generali, quod dicitur *Danahoff*/ primitus per nos ce-  
 lebrando, plenariam facere cautionem, literasque & pla-  
 citationes omnes et singulas super his prius factas, cum  
 earum clausulis, conditionibus et articulis efficaciter con-  
 firmare. In quorum evidentiam sigillum nostrum una cum  
 sigillis reverendi in Christo patris, Domini Svenonis Aru-  
 siensis Episcopi, Jacobi Pauli Diaconi Roskildensis; Stigo-  
 nis Andree, Claudii Lonbek, militum; et Pauli Glop,  
 Ivardi Nicolai, Nicolai Laurentii, militarium, qui nobis-  
 eum pro præmissis omnibus et singulis firmiter implendis,  
 et inviolabiliter observandis compromittunt, præsentibus  
 est appensum. Datum in castro *Wardbergh*/ Anno Do-  
 mini M CCC XLIII, feria quinta ante Cecilie Virginis.  
 Utitur autem, in literis suis venditionis & additionis sollemnis, Rex  
 Valdemarus verbo *Scotandi*, & *Scotationis*, ut ritus simul common-  
 stretur, quo quidem antiquitus, non in regno tantummodo Daniæ,  
 sed Sveoniæ quoque, ac Gothiæ, plena alienatio possessionum fundo-  
 rumque, & his continentium omnium prædiorum atque adjunctorum,  
 & in perpetuum additio sollemniter celebrata fuerat; non secus ac  
 perspicuis in lege veteri verbis ostenditur: *Nu wil Kununger eghn  
 sina salla / han skal frændum sinum hana atârbiudha / swa han sum  
 bonde. Nu wil Kununget eghn skida / tha skal han sum egnena  
 far Kununge thry bord vppchalda. Kununger skal af samu iord ta-  
 ra sum han skidtir / of hanum i skidt laggia; Han a fâst firi Kununget  
 borde taka.* Hoc est: *Jamque Rex fundum suum alienare vult:  
 quod antequam verè ritèque fieri possit, necesse, propinquis, jure com-  
 muni, offeratur. In additione, ex lege, fundi instituenda, tres men-  
 sa Regi ab emptore instruuntur: pulvis autem è fundo ab Rege sumitur,  
 & in sinum emptoris conjicitur, ut hoc modo proprietas ei sollemniter,  
 ad Regis mensam, obveniat. Conferantur etiam leges W. Gothorum,  
 titulo potissimum de re agraria, ejusque primo capite.*

Per DEum immortalem, quo tandem animo ferēs hoc benevole  
 lector? aut hoc quemadmodum audies? Utrum ego plus justo causæ  
 huic deservio, & plus, quam satis opus est, perscribo? an te quoque ver-  
 ba hæc literarum, quæ tibi ante oculos versantur, ita afficiunt, ut tam  
 celerem archissimo vinculo, in æternum regionum illarum dominium,  
 adstrictæ additionis formulæque fiduciæ mutationem satis admirari  
 nequeas; nihil, inter maxima rerum humanarum habente societate  
 universâ

2. l. princ. Eghna  
 Gal. De  
 r. l. & rubr. cap. d.  
 t. Jordâr Gottas  
 Wâstgæ.

universa gentium fide antiquius; nihil, quo magis gloriatur, aut certe cui gloriatur. Profecto tam evidens vis est ac notio verborum, ut nemo tam indoctus sit ut nesciat, nemo tam imprudens, ut non sentiat eam in iis rationem inesse, quæ omnes omnino captionum laqueos griphosque proprie atque signatè excludat. Et ne tantillum dubites, ecce tibi sequentia: quæ qui non vident sufficere ad rem pernoscendam; næ illi vehementer errant, & multa videndo faciunt, ut nihil videant. Verba verò ita se habent: *Et ut prædictarum terrarum per nos taliter facta vera venditio in se verior, & magis valida censeatur, in signum traditionis vera possessionis tam naturalis quam civilis, & ad usus alienationis perfecta evidens argumentum, nos eisdem Domino Regi Magno, hæredibus ac successoribus suis & Coronæ Regni Sueciæ perpetuò possidendas, tenendas, & habendas scorumus.* Et literis etiam sequentibus: *& nunquam in perpetuum per nos, hæredes nostros, vel successores, aut coronam regni Dacia impetendas, seu aliquantulum repetendas.* Nimirum Scaniam ita Rex Valdemarus planè atque penitus totam in Regis Magni regniq; Sveoniæ ditionem tradit addiditque, nullo unquam cujuscunq; coloris titulo impetendam vel repetendam, omnibus jam tunc sollempnibus ad *NATURALEM & CIVILEM* possessionem perfectè explendam concurrentibus. Namque illa in factò consistere dicitur, & corpore teneri; hæc jure & animo constare: illa in Basilicis, & Theophilo, ἡ τῶν πραγμάτων κατοχή; hæc ψυχῆ ἀπόδοσις. Utraque *desentio* (κατοχή) appellatur, quod utraq; corpore etiam constet; utraq; animo sibi habendi; sed civilis; animo verè domini. *Pos* enim obsoletum vocabulum est: undè *possideo*, hoc est, *sedendi*, sive *sedem meam aliquo in loco figendi habendiq; facultate; potestate gaudeo.* Quod quidem *possidendi* verbum de solo dici ceptum, ad alia quoque inde mobilia translatum est, & ad ea potissimum, quæ æternæ propè possessionis sunt, quæ sequuntur heredem, & in mancipatum, ut fundi, veniunt. Utraque possessio vocatur legitima, quando legibus & interdicitis possessoriis defenditur. Et ab his ita omnibus, qui naturaliter vel civiliter possident, distinguendi omnino sunt, qui in possessione tantum esse censentur: uti sunt commodatarius; depositarius; conductor; is qui precario alicubi moratur, non ut possideat; sequester, cui custodia tantam concessa, credita & commissa, non possessio; & similes: de quibus Ulpianus, & alii in legibus Romanis peregre differunt. Ita nonnemine doctorum frustra, nescio quomodo, occinente, civilis & naturalis Scaniæ universæ possessio Regi Regniq; Svionia æternum mansura in posterum esset, fide per supremi Regis regnum juratâ, quem Reges terrarum omnium principesque vereri & metuere, fideique indè sanctimoniam integrè servare par est maxime; de qua incorruptius multis post seculis judicabitur, fabris spretis & pro nihilo putatis, qui nummos heic cadere plumbeos non dubitant, hujus tantæ rei memoriam optimæ cujusque mentis conscientia testimonio adstricturâ sempiterno, & rem omnibus auctorem manifestò daturâ.

Sub finem Actorum paullo ante memoratorum: *In qua* (epistola) *animus ipsius ad promissionem suarum ternarum literarum, quod Scania perpetuò Sueciæ coronæ addicta existeret, revocavit.* Ternæ hæc literæ, pariter cum Actis illorum temporum, hodieque existant, quas idcirco, cum ceteris huc pertinentibus, supra laudavimus. Cumque, tempore

l. i. §. 9. ff. De vi,  
& de vi armat. Basil.  
l. Ecl. II. c. 1.  
Theoph. Græc. Int. Inst.  
Tit. Per quas personas  
cuiq; acquir. & Tit. De Interd. Add.  
l. i. princ. l. III. §. 3.  
l. XXV. §. 1. & 2. l.  
XXIX. ff. De acquir.  
vel amitt. possess. &  
al. loc. pl. l. X. C. De  
acquir. & retin. poss.  
§. 1. §. 30. l. XIV.  
d. r. D. Conf. Cuiac.  
Obs. lib. IX. c. XXXIII.  
l. IX. ff. De rei vindic.  
l. III. §. 8. D. Uti  
possidetis. Alciat. l. i.  
Disput. r. Ant. Matth.  
Disput. XLV. De acquir. res. & amitt. poss. n. 2.



tempore procedente, blanditiis Rex Magnus illectus delinitusque, ut suppeterent dictis data, Scania turpiter, nihilo secius, ab regno Gothiæ, uti dudum diximus, abalienasset; idcirco quadrigas si simul in-scendisset Jovis, effugere non potuisset infortunium, ac nominis inde tracti dedecus. Et hinc etiam, inter causas cur Regi imperium abrogaretur, hæc vel potissima erat, ut ex formula apparet, in comitiis populi, Ao. ccc. lxxiv, de flagitio simul hujus jacturæ atque damni concepta & publicata. Potissima, inquam, erat, quando plures simul causæ rationesque recenseantur, quæ quidem Historicis, qui ad plures penetrarunt, haud visæ sunt prætereundæ: in iisque, quod se omnis generis vitiis contaminavisset, & se totum nefariis libidinibus dedidisset: quibus cæcatus, optimatibus tollendis, & republicâ violandâ fraudes inexpiabiles commisisset; quas, quantumvis non falsâ invidiâ, sed verâ turpitudine notatas, atque opertas dedecore, ipsa tamen indignitas haudquaquam relatu scriptoribus faciles subjecisse videtur. Sed quamvis mutationem, fractis repagulis juris, nihilo secius ita factam, Scaniæque iterum injustam alienationem annales nostri, & monumenta vetustatis loquantur: tamen, vices semper justissimè lege alternante fatorum, & imperii terminos vel arctante, vel amplificante, abruptum omnino membrum corpori tandem est auspiciò consolidatum: ut verè, cui pectus sapiat, perspicere liceat, juvetque, quid intersit inter illos iniquissimos patriæ casus ipsos se proferentes, & recentioris temporis fortunam conditionemque nostram. Patria tum cellam unam Reip: penuariam, nutricem plebis illius nationis, & vicinæ quaque ac confinis satis diu amissis visæ: postea verò victri-cibus Regum Sveoniæ armis feliciter effectum, ut tantum rei frumentariæ subsidium & receptaculum vetus, ac omnium rerum copia refertum, horreum Gothiæ, pulcherrima Svionum Regis possessio, præter alias etiam, quæ simul accessere, tam propè ab domo non desideraretur. Certè, ut de ceteris sileatur, pacta conventaque vel maxime heic commemorari merentur Roskildensia, quæ quidem ita se habent Art. V. *Effter som Hs. Kongl. Witt. i Sverige sigh vseri thenne Frigde hafwer bemæchtigat / och genom wapnen tilvållat åthskillinge Kongl. Witt. i Danmark Land / Provincier och Sjor / och thet på warande Fästningar och Städer / och them / jure belli, nu besitter: Så hafwer Kongl. Witt. i Danmark bewilliat och samtyckt på sine / sine Successorer, Danmarks och Norges Konungars och Chronors wågnar både til satisfaction och wedergällning emat the occuperade Länders Restitution, såsom och til wedergällning för then / genom thetta Priset / Kongl. Witt. och Chronon Sverige tilfogade stada och försorsakade märckelige Omkostnader / iånwål och at vndanwiska större widlyfftheter / at affstå och affråda til H. Kongl. Witt. thes Successorer, Sveriges Konungar och Chrono / Provincierne Halland / (som för thetta Chronon Sverige til försäkting hafwer varit inrymd) Skåne / Blekinge / Bornholm / medh alle til beste Provincier, Land och Låhn / liggande Städer / Slott och Fästningar / Sjor / Eskär / Högheter / Hå: ligheter, Jurisdictioner, Andelige och Werldzlige / Skattar / Ingålder / Tuller / Rånter och Rättigheter til Land och Wam / såsom Danmarks och Norges Konungar them åthnucit och besurrit hafwa / at föllia här effter Hs. Kongl. Witt. thes Successorer och Sveriges Chrono til ewärdeligh epåtast Possession och Auedom.*

*Formul. & Cause  
Abdic. edit. ac promulgat. Ao. M CCC LXIV. Ol. Petr. vit. R. Magn. Eri. & rel. in usque Dr. Loren. vit. d. R. circ. fin. Adde sis Flor. Dan. Viti Beringii, vit. Vald. IV. p. m. 494.*

*Paß. Pri. & ad Brons. d. xiii. mens. Aug. Ann. cld idc XLV. art. potiff. xxv. Paß. Roskild. d. xxvi Febr. Ann. cld idc LVIII. art. pot. v. & vi. Lit. sollemn. Cess. Hann. d. xxiv. Febr. Ann. cld idc LVIII.*



Et Art: VI. Sammaledes cederes Kongl. May:tt och Chronan Sverige aff Kongl. May:tt och Chronan Danmarkt Båhus Storc och Låhn / samt Trundheims Gård och Låhn / medh alle vnderliggande Städer / Slott och Fästningar / samt Andelige och Werldzlige Gudz / Låhn och Appertinentier, som ther til / medh råtra / höra / och för thetta lydri och hörde hafwa / til Landz och Watern / ac incorporeras Sveriges Chrono til ewärdeligh Possession och Agendom; Effter som här yppå / så wäl som yppå the andre cederade, och vthi näst föregående Articul vyreppade Land och Provincier, särdeles författade Cessions Drestwett af Kongl. May:tt och Danmarkts Kijfkes Rådth vnderstrefne och förseglade / wiidare vthwissa. Latine autem sic à nobis transferuntur: *Art: V. Cumque bello hoc Regia Majestas Sveonia varias Re. Mti. Dania regiones, provincias, & insulas pariter cum annexis munimentis ac urbibus vi armata occupaverit, easque etiamnum jure belli possideat: idcirco Re. Majestas Dania suo suorunque successorum Dania & Norrignia Regum ac coronarum nomine, tum in idoneam satisfactionem pro restitutione provinciarum, tum etiam in damni Re. Majestati & Corona Sveonia inlati, ac sumptuum ingentium, quos coacta Majestas & Corona Sveonia fuerat impendere, refusionem, & ad evitanda in super majora incommoda, Re. Majestati Sveonia, ejusque successoribus, Regibus & Corona Sveonia Hallandiam (ante hac Corona Sveonia in firmisimam cautionem traditam) Scaniam, Blekingiam, Bornholmiam, una cum omnibus provinciis his ac territoriis adjacentibus urbibus, castellis ac munimentis, insulis, faucibus maris, cunctis ad Regalia ibidem spectantibus, Jurisdictione Ecclesiastica & Civili, censibus, redditibus, vectigalibus, tributis ac juribus terra marique competentibus, non secus ac istac omnia Regum Dania & Norrignia hucusq; & domini & possessionis jure plenissimo fuere, in perpetuam & nunquam inquietandam possessionem ac proprietatem tradit addiditque. Et Art: VI. Pari modo, Regia Mti: & Corona Sveonia Regia Majestas & Corona Dania Praefecturam attribuit Bahusianam propriamque dicat simul cum castro, nec non praefecturam Nidrosianam, cum Regia, & omnibus adjunctis ac continentibus urbibus, arcibus ac propugnaculis, Juris Ecclesiastici & Civilis praediis, territoriis, & ad illa terra marique jure jam inde ab antiquo, pertinentibus omnibus cujuscunque nominis, ut in unum Sveonia imperii corpus redigantur, eique in aeternum duraturam possessionem perpetuumque dominium inserantur: prout sollempnis cessionis & harum & reliquarum etiam proximo superiori articulo enumeratarum regionum & provinciarum tabula, Regia Majestatis Dania, Regni que ejus Senatus, qui scribendo adfuit, signis consignata amplius ostendunt commonstrantque.*

*Conf. Pacif. Rec. & ad Hauniam fact. in castris Sveonum, d. XXVII. m. Maji, Ann. MDCC LX. art. IV. V. & XVII. nec non Pecul. Paft. De Bornholm. & d. a. V. Pacif. sup. laud. Ann. MDCC LXXIX.*

Sed & Pacificatione nova, eaque in castris Sveonum ad Hafniam repetita, accessit insula **Huene** in freto **Dresund**. Quod autem ad Bornholmiam attinet, & Nidrosianam praefecturam, eas quidem cum continentibus & adjunctis, legatorum inlustrium interventu ac opera, sua vero propensa voluntate, Rex Sveoniae de suo jure decedens Regi Daniae restituit, ceteris regionibus ac provinciis omnibus supra recensitis sibi, sine ulla unquam exceptione, reservatis vindicatisque. Quid? quod diversis ita temporibus, pace inter Aquilonis Reges conveniente, pacta quoque omni cura, cogitatione, diligentia in perpetuum facta, saepe memoratas regiones Sveonum Regibus eorumque corona addicunt

addicunt: evidenter ne declarant, nihil omnino juris in Scania, ceterasque jam enumeratas provincias, exceptis, uti diximus, **Bornholm** insulâ, & Præfecturâ Nidrosianâ, Regibus Daniæ eorumque imperio, æternum duraturâ lege, relinqui? nisi fortè putamus & existimamus, angustos sensus, imbecillos animos, brevia curricula vitæ, jus, fas, fidem, improvisâ, nec opinatâ nobis ratione, deletura: aut rem in tabulis publicis, lite quasi pendente, semper hæsuram, quod ejus decisio semper displicuit. Quid? illudne certissimum est, alæ Martis toties tentatâ jactatâque, factorum delusis vicibus, iterum iterumque ratas habitas, stabilitas, & confirmatas easdem conditiones, vocibus lætissimis civium Svoniæ undique circumsonantibus, DEI Opt. Maximi providentiæ singulari, & non temerando mortalibus decreto, naturâ adhæc sese ipsâ revocante, adscribi simpliciter oportere? Quid est igitur, cur appellentur æterna pacta, dempta fide, id est, dictorum factorumque constantiâ? Quid attinet chartis non perituris hæc talia membranisque illinere, & religionis sanctimonia munire, nisi in iis custodiendis omnis cura, cogitatio, opera ponatur, & feicali jure constituta, sancita, ad amissim serventur? Certè periisse censentur omnia, cui fides turpiter perierit. Qui hæc perdidit, ultra quo progrediatur, non habiturus erit, malis simul perditis omnibus. Evolvantur diligenter leges articulatim desectæ Factorum, quæque potissimum sunt de regionibus his in perpetuam potestatem ditionemque deditis addictisque, & amplius quod ad æterni domini robor ac firmitatem, vitæ comoda, copias, opes, facultates inde manantes, & si qua sunt hoc genus alia, desideres, nihil erit.

Commodum hæc scripseram, cum Historicorum Daniæ faciliè princeps aurem mihi vellit, de duabus potissimum rebus admonens. *Crederim*, inquit, *nostrî temporis mores hujus viri* (Huyrvilli Hollandiæ principis, qui ictum cum Rege Danorum Fridlevo foedus ferro, fallaciter pacta interpretans, improviso ipsi atque inopinato impetu disjecit) *auspiciis inchoatos, qui mentiri ac fallere inter vitia sordesque non ducimus*. Post Dan autem regnasse constat Fridlevum, & huic vita defuncto filium Frothonem concordi Danorum consensu successisse. Nimirum vellicat heic scriptor inlustri perfidiam, sub exemplo Huyrvilli, plusquam Punicam, in qua nihil humani, nihil sancti, nihil veri inesset: nullus DEI metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Quin & antiquam Sveorum ac Gothorum virtutem celebrans hunc in modum verissimè canit: *Svetica (me miserum) Danos fiducia spernit.*

*Ecce truces oculi Gotthi, visuque feroces  
Cristatis galeis hastisque sonantibus instant;  
in nostro validam peragentes sanguine cladem,  
Distingunt gladios, & acutas cote bipennes.*

Et post etiam:

*Non memini certamen agi, quo promptius esset  
Alternare enses, partirique ictibus ictus.  
Dans unum tres accipio, sic mutua Gotthi  
Vulnera compensant, sic dextra potentior hostis  
Vindicat acceptam cumulado fenore pœnam.*

Adde sis, easpse occasiuncula, carmen etiam sequens, quo simul in fortia facta Svetici hostis fungitur, ut qui duri, ensè suo, ferri tegmina, non secus ac molles trajecerit aquas, nec opis quicquam Dano aspera lorice moles adferre potuerit.

*Videatur Saxo Grammaticus Sialandicus Hist. Dan. lib. IV. p. 34. Lit. C. & lib. V. p. 35. lit. A. & lib. II. p. 17. lit. D. nec non p. 19. & 20. Lit. C. & D.*

Quin & Rex meminit Valdemarus communis *Dania* concilii, quod *Parlamentum* appellat *generale*, & vernaculo verbo *Danahoff*; non secus ac in patria nostra vocari videmus *Ewea Hoffrätt* / & *Götha Hoffrätt*: quorum illud supremum est Collegium, Judicium exercens Regium Aulicum, regni Sveoniæ; hoc autem Gothiæ. Neque tamen indè consequitur, *Danaarff* / quod ad rationem, vim, notionemque attinet vocabuli, ex eodem fonte elici derivarique: id quod & quilibet etiam è trivio facillè intellexerit. Quippe cum evidentissimè constet ex legibus omnium in patria nostra vetustissimis, adeoque

*Vide fsi cap. XIV. Arfobr. Westgöt. Memb. vetustiss. LL. Upl. c. XXII. & seq. h. t. D. c. VIII. §. 5. Manh. br. Wp. c. 5. Cic. X. Philipp. c. 5. Cassiod. lib. V. Ep. 24. c. l. extr. Drâpam. medh. Bil. & c. l. extr. Sâram m. B. S. l. I. & IV. C. De bonis vacantibus.*

profanâ hominum memoriâ editis promulgatisque, *Danaarff* / omnem omninò hereditatem dici vacantem, mortuis potissimum hoc in regno peregrinis, quamvis in iis Germanorum tantum & Anglorum, nulla verò mentio fiat Danorum. Quin & in membranarum antiquissimis scribi cernimus *Dainararff* / ut hereditatem ita sive jus ad eundem hereditatis, herede intra terminum lege præstitutum non comparente, sublatum extinctumque existimes, ab *deia* / undè *dain* partic. Et veluti caduca hæc etiam nominatur Latinis Scriptoribus hereditas; sic quoque *Danaarff* ab *Dana* / quod est *cadere, cernulare*, animi deliquio *concidere*: undè veteribus *danar* / *vnderdanar* / *servi*, *subjecti*. Et caduca bona Cassiodoro, quæ fisco vindicari censentur, ut *Glutafâ* / spatio præfiniti temporis elapso, in legibus nostris patriis. Idem quoque Constitutiones intendunt Imperatorum Dioclet. & Max: Titulo, *De bonis vacantibus*, Cod. Just. quibus omninò præcipitur, *intestatorum res, qui sine legitimo herede decesserint, fisci rationibus vindicari*. Nec non Imperatorum Honor. ac Theod. *Vacantia mortuorum bona tunc ad fiscum esse transferenda, si nullum ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legitimum reliquerit intestatus heredem*. Non secus ac generatim ita in legibus W. Gothorum *Danaarff* exponi, evidentissimè liquet ex jam memorato in margine capite, *vm Dana arff* / verbis memoria hercle dignis: *Dör madher / na eigh Arwâ hans / tha dr Kononger Arwi hans*: *Si quis moriatur, nemine relicto, cui jure veniat vel ab intestato vel ex testamento hereditas, Rex heres esto*. Quamvis deindè etiam tempus justissimè adjiciatur hereditatem adire volenti servandum. Cujus quoque juris vim non ad homines solum quarumcunque nationum exterarum, sed ad indigenas etiam porrigi pertinereque constat ex aliis legum nostrarum capitibus: non aliis tamen alienigenarum, hoc beneficio perfruaturis, nisi quorum in terris regionibusque, nostratibus eodem jure gaudere contingat. Tolle hanc spem, tolle hanc fiduciam civibus Svionicis; & simul exteris jus omne hereditatis hujus obtinendæ in patria nostra præcluseris. *Thylif Lagh of rått sum velånsf mån görå of / thylifån wilstum wir them görå*. *Quod quisque exterorum populorum juris in nos statuerit, ut ipse eodem jure utatur*. Quod quum exploratum sit omnibus, quo loco sit censendum, quaque simul æquitate nitatur, longius utique me progredi non sinit.

*c. ult. Arfobr. leg. vet. commun. c. ult. h. t. LL. R. Cbr. c. XVII. eod. tit. S. c. XII. Thiwâ Dr. Wåstgöt.*

Hæc ita scribenti mihi offertur ab amico commentarius cujusdam, & censura, quod ea ipsum cunq; duxerit, sine populi suffragio exercita de Gothicæ linguæ virtutisq; præstantia, quam genti suæ, nescio quomodo, vindicatum ire non dubitat. Optaram profecèdò, ut vox hujus alumnum, cui cui modi esset, Gothicum oleret; sed nihil in eo Gothicum; nihil omninò auræ naribus meis Gothicæ spirantis antiquitatis subolfeci; neque micam quidem falis in omni ejus opere gustu explorare



plorare potui. Adeo quæ livoris genio, & singulari laudum Svionia: obtreccationis studio, communem adversus sententiam, & antiquitatum literatè peritorum omnium consensum concentumque, quos contumeliarum pungere aggreditur aculeis, parum diligenter, parumque integra veritate, cæca caligine ob oculos obstante, proferuntur, neque dictu neque auditu digna censi queunt; cum clariorem fulgorem veritatis iam diu splendentis, velut Solem ipse reformidans, umbra fictarum à se opinionum obscurari malit, ac densissimis tandem noctis velut illunis ac nubila: tenebris involvi. Taceo, illud quod loquitur censi ab eo priscum visum iri, si idem verbum malè usurpatum, peius ex ignotis ipsi rebus explicatum, pessimè repetitum fuerit. Quo sanè fit, ut commentarium ejus legisse, sit simul confutasse, adeoque lectori, quod rideat magis sit, quam ut tantulum addiscat, quando auctor sese in plagas ipse impediatur, unde sese expedire nequeat. Sinat igitur benevolus lector, operiri ipsi pallio caput, quod in parum casta oratione Socratem fecisse referunt, quò sic confessione sua veri induatur, & ubi jam conclamatum est, suo gladio juguletur, ne scintillam quidem relicturus; qua genus ita scribendi sua post fata congliscat. Quam igitur rectius sibi consulisset, si in re manifesta vorforiam confessionem cepisset, & velis suis retroisum datis, sese ad portum accinxisset.

Accedunt etiam ceteris à me supra; & alia atq; alia occasione monstratis auctoritas Taciti; qui gentis tantum sive civitatis in Oceano (ut ipse loquitur) sita Svionum meminit, Danis ac Norrigris omnino præteritis; cujus quidem rei summo viro Conringio, ex eoque Clariff. Funccio, & aliis hæc rectissime videtur esse ratio, quod *tempore Taciti universa illa Scandinavia insula* (sic enim veteribus credita) *in ditone fuerit Svionum.* Cur autem Dani primis temporibus, colonia illis in locis constituta, Danar appellati sint, alias ostenditur; satisque ex ultima antiquitate eruit probatque Clariff. Rudbeckius in Atlantide. Addantur & verba Funccii sequentia; quibus ad antiquissima Danorum; quæ verè prodita cernuntur; monumenta provocat, in tantum vires veterum valuisse Svionum docens, ut *totam illi Norwegiam atque etiam Daniam sui juris fecerint.* Undè nonnullis interjectis: *Et si Dani, ait, & Norwegi à suis postea Regibus gubernari ceperint: tanta tamen, tamque vasta moles est regni Svecici, ut in Europa vix ullus sit princeps, aut Rex; qui adeo ingentem terræ tractum sub ditione sua habeat.* Sed & alii Svioniam unam Italiâ simul Galliâq; majorem esse commonstrant; & alii Hispaniâ; Galliâ; Germaniâq; connumeratis ferè æqualem, utpote in lat: gradus patenter xvi; idq; nos Geographia manifestè docet. Et quamvis priscis fuerit temporibus Svionia longè amplius imperium; utpote quod à meride & occidente Daniam atque Norrigiam tenuerit; aliosque terrarum transmarinarum tractus; ab oriente verò Venediam, Venedici sinus nationes complexam, sese cum confluentè Tanai in Mæotia, & cum Volga in Caspium mare protendentes, uti quoque evidentissime ex historicis antiquis monstrare me memini in notis ad Leges Uplandicas; & aliis locis plusculis, ubi regiones, Svionum tunc temporis imperio subiectæ, simul longissima serie enumerantur, tam auctoritatibus scriptorum in victæ fidei, quam rationum exquisitissimarum momentis rem adeo confirmantibus, ut nulli, si verum amatur, dubio locus esse queat: tamen ab seculo potissimum xii, sic perhibentibus libris annalibus,

Tacit. lib. De Mon.  
vibus German. c. XLV.  
& not. ad b. l. Var.  
& Rhenan. in Tacit.  
German. p. m. 113.

Conring. de Rep. S.  
ex eoq; Funcc. De  
reg. Svec. c. VI. Erot.  
Ul. sub fin. p. m. 459.  
Rudbeck. Atl. m. Tom.  
I. c. XVI. §. 2. p. 495.  
& seq. & c. XXIV. §.  
3. p. 613 & seq.

Not. nostr. cum ad  
al. l. tum ad LL. Up-  
land. vet. p. 173. & seq.  
Funcc. d. c. Erot.  
VIII. p. m. 462.  
p. Berius. Rev. Germ.  
lib. II. c. XVI.

Päulin. Hist. Arch.  
lib. I. c. XVI. p. 59.

Not. nostr. ad Leg.  
Upl. p. 131 & 143, nec  
non sequentibus. &  
al. loc. passim. ubi scri-  
ptores longâ serie re-  
feruntur.

Zamolx. tot. cap. II.  
Loccen. Antiquit.  
Svec. Goth. lib. III. c.  
VIII.

Conring. d. t. &  
Funcc. Erot. XXI. &  
seq. itemque XL. p.  
usque 475.

usque ad XVI, culpâ partim regnantium, partim intestinis malis ac dis-  
sidiis tantum non ad effigendum invalescentibus, partim Episcopo-  
rum dolo fastuque dominationis consenuit atque defecit, donec, tem-  
pore procedente, reddita quasi, Regum insequentium Heroicis animis,  
juventute, reviresceret, atque revolutis ita, per arma virtutemque in  
præcordia redeuntem, benignioribus vicibus, ad decus pristinum ad-  
furgere niteretur; ut verè indè cum Conringio dici censerique possit,  
Regnum hodierno die Sveoniæ, *pro scopo habere vitam verè beatam  
& populi, & eorum, qui vivunt in regno; quum detur vel maximè  
opera, ne quid desit populo, utque omnium generum virtutibus, inpri-  
misque bellicis exercentur, disserente sic ad eum locum Funccio:*  
quamvis licet addere pariter haud dubitet; *Svecum præterea aspirare  
hodie ad majorem atque majorem potentiam, adeoque scopum collocare  
quoque in potentia.* Huc haud dubiè respexisse videtur Rex Svionia,

Chifflet. Vindic. Hist.  
e. XIV.

Sam. Pufendorf. Isag.  
in Hist. Sveon. p. m.  
659. Add. Act. Publ.  
& Pact. indi convent.  
Regem inter Sveon.  
Gust. Adolph. & R.  
Gall. Lud. XIII. xxx.  
Jan. An. CIO DC XXXI.  
Nec non Origines  
Sved. auctore Paulo  
Hachbergio. N. XXII.  
XXIII. & XXXVII. p.  
16. 17. & 14.

**GUSTAVUS ADOLPHUS**, referente Jacobo Chiffletio, viro clarissi-  
mo, his verbis: *Cum incunte Ao. MDCXXXI, Gustavo Adolpho Regi Ger-  
maniam devastanti mutuus affatus cum Ludovico XIII Francia Rege,  
Metis tunc agente per Brezæum Marchionem Cardinalis Richelii nomine  
proponeretur: respondit Rex Gustavus, se cum Ludovico Rege tum de-  
mum collocaturum, si is religiosè & ad amussim observatam vellet di-  
gnitatis prerogativam, quam ipse SPECUS in GRADU, SEDE, INCESSU  
sibi debere affirmabat. Quo accepto responso turbatus Richelius ac pu-  
dore suffusus, urgere congressum Regum ulterius destitit.* Hæc Chiffle-  
tius. Quam sibi prærogativam laudatissimus heros, quod ingentia illa  
Sveonum, & Gothorum, & Vandalorum nomina, summâ rerum haud  
ambiguâ, imperio suo complecteretur, ad majorum suorum imitatio-  
nem, vel maximè vindicatam ita voluit; uti pluribus in Originibus Sve-  
diciæ commonstrat *μουναρχίας* Hachenbergius. Vindicatam, inquam,  
voluit contra magnum Regem etiam Galliarum; cujus quidem filius, Rex  
LUDOVICUS XIV, totum terrarum orbem nominis sui fama jam diu  
implet, eumque habet immortalitatis præconem & buccinatorem.

Atque hoc quidem satis sic consideratum est, jure provincias ante  
dictas ab Regibus Daniæ affectari non posse, nedum Scaniam, quæ,  
sicuti docui, ita Gothiæ naturali colligatione consertè contextèque co-  
hæret, ut indè divelli haud debeat: omnibus ætatibus, omnium tem-  
porum pactis, monumentis rerum æstarum, & vetustatis exemplis ita  
nunc in communibus hominum sensibus positis atque infixis, ut si unum  
& alterum, in ipsis Svionia Regibus, qui nominis hinc infamiam ad  
posterum transmisserunt, exceperis, Gothiæ ferè semper regno, fato  
quasi inevitabili, addicta fuisse videatur; adeoque genus in contrarium,  
nescio quomodo, argumentandi ignavum atque iners sit habitum.  
Scaniam inquam, quæ ostio maris Balthici proxima, toti, quâ quâ patet, Scandi-  
naviæ nobile ac perpetuum à se nomen dedisse putatur: de qua & separatim,  
& de universa quoque Scandinavia, si qua ex aliis incidant scrupulum de no-  
tatione injicientia, & quandam dubitationem, præter ea, quæ nobis observata  
sunt, ipsique adeo Rudbeckio, viro incomparabili, legi planè meretur vir ce-  
leberrimus, mihi que, dum in vivis erat, amicissimus, Professor PETRVS Lagerlöf,  
in illustri de Sveonia antiqua & nova opere, quod ab ipso consummatum, ob  
multiplicem ejus eruditionem, & judicium in retrufis atque abditis in lucem  
profertendis acerrimum, optasem: verum eo ipso fatorum nobis acerbitate erep-  
to, boni publici causa immortaliter gaudeo, onus hoc in humeros, omnium  
cum applausu, vel maximè sustinentes ferentesque translatum Historici Regii,  
nobilissimi rarissimæque eruditionis viri, Dn. OLAVI HERMLIN; rei hujus &  
argumenti meditationem ac commentationem nunc finiens, ne plu-  
ribus verbis aut rationibus, ultra, quam satis est, producatur.

Rudbeck. Atlant.  
Tom. I. c. XVI. p. 481.  
& sequentibus.

Zamolx. c. I. §. XI.  
Not. nostr. ad LL.  
Upl. p. 136. & seq.  
Pet. Lagerlöf. Svec.  
antiq. & nova Tom.  
Lib. I. c. I.



## PROLEGOMENA.



### Ahinc decennium, circiter

idus Majas, meis editis ad leges veteres W. Gothorum, earumque Latinam summi viri, Doctoris LOCENII versionem, qualibuscunque notis ac observationibus, cogitaram simul codicem adjicere vernaculum, atq; alia etiam lucem maiorem feneratura, lacunulis

pariter suppletis, locisque non paucis emendatis, quæ diligentiam Illustris Stiernhielmii effugerant: sed variis de causis, & potissimum ob spem mihi ab amicis factam de nonnullis aliis subsidiis instrumentisque, quæ huc usque permultis desiderata, in occulto, nescio quâ temporum iniquitatè, latuere, differendum tantisper existimavi, dum commodior adfulgeret occasio, tribus eadem amplius seculis quasi sepulta, è septemtrionum tenebris eruendi; atque ita rem ipsam, gravi veritatis jacturâ indignissimè habitam, tantumque non oppressam, attributionibus investigatis, cognitis, perspectis, articulo pristino restituendi. Neque spe ita me prorsus excidisse video, quum vetustatis quædam inlustria monumenta, ut blattarum ac tinearum epulas, invidente nobis satis diu fortunâ, in lucem tandem conatus nonneminis indefessumque studium de publico benè merendi protulerit. Undè factum, ut abstinere omnino in præsens non debuerim, quo minus ipse hæc publici juris facerem; præsertim cum, haud ita pridem, voluntatis vitio obstinatoris, & in perversa sententia obfirmatoris, præcipitata quædam publicataque de hoc argumento legere contigerit, quæ veritati, cui tamen ingenuos omnes perlitare oportet, evidentissime repugnent. Causæ profectò invidiæ & odii procul hinc faceffant, in devia transversum animum rapere solitæ, veritati soli literulis hisce meis, & levicula hac opellâ dicatâ consecratâque; quæ fide rerum tradi stilo cunctante elucubrandâ præcipit. Et quod ad Daniam adinet, gloriam tantum abest debitam ut illi invidiam, ut etiam ultrò profitear, regnum id esse florentissimum; Rege, id quod satis constat, gaudere optimo, virisq; omni disciplinarum genere instructissimis, quod eruditi in hoc universo regno, & ab Rege quoque, amentur, hono-

tentur,



rentur, & ad amplissimos quosque dignitatum potestatumque gradus provehantur. Nihil tamen secius, quæ fuerint Svionia, & deinde quoque Dania primordia; quæ Dania verè conditio priscis temporibus, eventu ut plurimum, in re trepida, vim Sveonia enixam roburque sentiente; qui Svionia gradus processusque imperii, in quibus Svionas neque consilii neque fortunæ poenituerit, quippe cum revera, nulla verbis factâ ostentatione, in Svionia caput rerum summaque imperii Septemtrionum quam diutissimè duraverit; qui traditum ab antiquis regibus morem de cunctis Senatuum populumque consulendi, suo & Reip: malo solverint; qui vel domesticis consiliis, vel alias, pro lubitu omnia administraverint, ut res ita à parum sano initio, in regno intolerabilem, quod miserrimum erat, insaniam venerit, & cognomen inde, promeritis id Regibus pessimis cum summa ignominia manserit; quæ fata simul singillatim, aliis atque aliis temporibus, visa Scania sint, terrarumque ad eam pertinentium; cum de statu agitur Svionia rerumque ei innexis articulis, ignorare veritatis amanti non licere verissimè dixerim. Dania præsertim suæ quibusdam plus justo velificantibus, atque ea simul, nescio quomodo, quæque fronte, vindicantibus, quæ Regni Sveonia propria esse, orbis eruditi consensus jam diu evincit, & monumenta invictæ veritatis loquuntur. Quamvis autem peculiare istæ omnia opus, quod etiam meditor, requirant; tamen in præsentem suffecerit, tantum intendisse digitos ad auctorum, qui causæ nostræ quasi duces & signiferi fuissent, monumentorumque loca exstantiora, quæ in scriptis meis jam diu editis collaudata sunt, quæque, sanè sapientibus & sentientibus, quidquid invidi contradixerint, extra controversiæ censentur aleam posita. Quippe cum in iis sit omnino acquiescendum, quæ quidem sensus ita feriunt, publicæque auctoritates ita communiunt confirmantque, & lux veritatis ita illustrat, ut in dubium vocari nec possint, nec debeant. At gloriam tamen, maiestatem & purpuram, quod veteribus Gothica etiam lingua vocata Danica sit. Verum Danorum ita nusquam apud veteres mentio: sed Scytharum, sed Getarum, sed Sveonum atque Gothorum quos quidem sibi vindicare nequeunt, nisi tantum sibi sumere haud dubitent, ut solum & cælum ordine suo locoque movere conentur. Adeo certas omnium probatæ fidei scriptorum & veterum & recentiorum consensus ipsis sedes assignat adtribuitque, ut frustra, ipsa occidente natura, alibi gentium quarantur, uti alias etiam evidentissimè monstratum, ipsaque auctorum verba revincunt, quæ oblivioni aut negligentia unquam dari, omnium fermè seculorum cura industriaque prohibuit. Quod autem ad Dacos pertinet, præter alios, Stephanus ipse eam tuetur sententiam, quæ *Dacorum nomen in media barbarie ab hominum imperitia Genti Danorum impositam esse* statuitur. Sed ut sint iidem Daci, qui Dani, nec enim repugno, dilucidè tamen probat Cl. Rudbeckius, inde nomina istæ verissimè exorta, quod Dani imperio subditi Svionum primis fuerant temporibus; id etiam *Dan & Dale* vocabulis satis manifestâ ratione notationeque involventibus. Mittuntur nunc cetera, huc spectantia, quorum & opere peculiari, & in notis etiam meis passim fit mentio. Neque ruinoso non nititur tibi monumentum, quod Cl. Doctor Wormius in lucem primus protraxit, de antiqua quasi prærogativa Regis regnique Danie

Vid. Zamolx. pl. p.  
 & notæ simul nostræ.  
 in Leg. W. Goth. &  
 Upland. pl. l.  
 Elnoth. De vit. &  
 p. S. Canuti. Proom.  
 & Joann. Meurf. in  
 notis ad b. l.  
 Galf. Mon. Hist.  
 Reg. Brit. lib. IX. c.  
 XI.  
 Pont. Chor. Dan.  
 p. m. 675.  
 Steph. Stephan. not.  
 illust. ad lib. I. Dan.  
 Hist. Saxonis Gramm.  
 Cl. Ol. Rudb. Astl.  
 & l. c. 24. §. 3. p. 613.  
 add. c. XVI. §. 2. p.  
 495. & seq.

PROLEGOMENA

Dania: quippe cum visis verioribus, sententiam, sine ullo dubio, mutaturus ipse Wormius, nec poenas ita stili inlustri Stiernhielmio, aliisque daturus fuisset; sicut infra in notis, DEO benè juvante, ad literas Agapeti II, pluribus ostenditur. Ut mirari idcirco, non ab re, subeat, qui factum, quod non ita pridem, libro in vulgus dato, idem hoc monumentum, auctoritate Doctoris Wormii repetatur, orbique literato, concordi consilio, sistatur; quod quidem jure meritoque explosum dictus auctor maluisset, ipsa re, malignitate onerata, omnium oculis animisque manifestò nunc patente. Quin nec titivillitio dignum argumentum ab Danaarf; quasi hoc in Sveonia nostra nomen, ad imperii ita Danici reverentiam, usurpatum fuerit. Constat enim inter omnes antiquitatum literatè peritos, Danaarf aliundè verius, & sine ullo dubio, arcessi. Vel enim ab Deia / quod est *mori, extinguere*, denominari, alia atque alia occasione docui: nam Dainararf in antiquis membranis occurrit, non secus ac alia per hujuscemodi formam producta; qualia Ruldhararf / Nidhar arf / & similia: vel ab Dana / quod est *cadere, concidere*, ut sit *caduca* hereditas, uti Latinis etiam Scriptoribus dicitur: vel ab *venia / tendere, magnis itineribus contendere, ire peregrè*, ut sit hereditas peregrinorum, *vilånsta manna arf* / non secus ac in legibus nostris patriis, iisque & antiquioribus & recentioribus evidenter exponitur. Undè *han handi* in veteribus historiis, hoc est, iter direxit: de quibus omnibus in notis ac observationibus passim futeque disseritur. Et si vel maximè de Danis, contra leges ipsas veteres, jurisque manifesti rationem, uti probatum alias, istac duceretur denominatio, certè, ut peregrini peregrinorum omnium notissimi, hoc vocabulo in Sveonia censerentur, jureque, quam Sviones, longè deteriore; sicut Asta expediunt exprimuntque Publica, disceptatione aliquando facta de Danorum conditione, trium regnorum durante etiamnum foedere. Verè igitur inlustri Hvitteldius, ex eoque Christianus Osterfon, *Daneså* / per bona etiam, *oc saa* / perlatè accepto vocabulo, explicant vacantia, ut hereditas quoque hoc significatu contineatur; licet *Dana arf* hereditatem solum caducam, & idcirco filio Regis cedentem proprie stricimque, causam perspectam, atque veritate cognitam, exprimat. Adeo totum hoc negotium necesse quasi mente quadam regatur legis, non falsarum opinionum licentia, qua nihil esse potest inertius. Undè capite xxvii, eodemque ultimo libri sexti legum Selandicarum, & de hereditate, & de aliis quoque bonis inventis & ex terra effossis, nempe auro argentoque agitur: *om guld som hijt worder oc opgaffweth a foriben*. Verba sunt inde legis: *Gor han wih all arfven / eller Daneså / tha loche wih oc rylter eth oc wime a / at thet var ey mare en Daneså. thet hør Koningens enå som år guld oc silff oc ingen annen*. h. e. *Si quis universam hereditatem, aut bona in fiscum Regis inferenda, penes se esse confiteatur, jurejurando dato duodenario illa exhibeto, testibusque sollemniter probato, penes se plus non esse vel fuisse, quod nomine veniat Daneså / hoc est, bonorum vacantium. Hac soli Regi vindicantur, nisi sunt aurum argentumque*. Nil clarius. Namq; & hereditatem caducam, & cetera bona vacantia, nomine *Daneså* lex evidenter complectitur. Videatur ad hæc totius contextus capituli. Et hinc quoque, quod hereditatis hac in causa, notione animi evoluta, legislator filii Regis curatoris præfectique meminerit, qui verè ipsi vocatur *Ronings embesman*

Stiernhielm. Præfat. ad leg. vet. West-Goth.

Not. ac observat. ad Literas Pontificis Agapeti II.

vid. Lex. Jur. Svecic. D. Loccen. voc. Danaarf. et not. nostr. pass. ad Leg. vet. et inf. ad Lit. R. Dan. Valdem.

c. XXII. Arfde. De. c. XXIII. eod. tit. 22. et c. XVIII. Et.

Ind. ling. vet. Scyth. Scand. Verel. in kenta. Stiernbök. Jur. Sveon. et Goth. vetust. lib. II. c. III. p. 196. Alt. Publ. Ann. c. 13 cccc xxxvi. Calm. Arr. Hvittfeld. Hist. Reg. Christoph. 1. p. m. 271. Christ. Osterfon, Gloss. Jurid. Dan. p. 110.

vid. Jus Seland. c. XXVII. lib. VI. et c. XVII. ejusdem libri

embessman. Sed capite xvii ejusdem libri, de hereditate tantum peregrinorum vacante statuitur, atque simul in extremo adcuratè ostenditur, eam fisco Regis, elapsa die lege præstituta, nár iamlinge dag ar vthe / addici, nisi DEI causâ, aut Regis aliâs gratiâ heredibus restituantur. Nihil verò subtilis nonnemini heic cernitur industria, id utique agentis, ut moneatur, cautione opus fuisse hoc in argumento, adeoque legem idcirco non sustinuisse dicere, ut Regi istac traderetur hereditas, sed ejus curatori præfectoque: quasi non unum idemque esset, sive Rex ipse, sive præfectus, ejus nomine, acciperet; Regi enim ipsi in manus tradi bona vacantia, nusquam me legere memini, neque moris ita in gente aliqua fuisse. Conferantur leges Juticæ, quas emendatas edidit promulgavitque Rex Daniæ Christianus ejus nominis IV. End ere ingen rette Arffuinge til inden siuende mand / de komme ey xxx dag / da skal arff wûrderis / oc scets at glemme / vnder god de mend / dag oc iamling / kommer da ingen effter / arf / da tage Kongen arff oc glemme / til saa lenge rette arffuinge komme. End kommer ingen rette Arffuinge / da haffuer Kongen arff / aar oc dag / det er / vi Dger oc Jamling. id est: *Et si verus heres intra septimum gradum non compareat XXX die, tunc hereditas estimata sequestrat per annum & diem deponitur. Si tunc nullus adsit, ad hereditatem cernendam, Rex eam capito, atque tantisper servato dum justus heres veniat. Quod si ne tunc quidem verus heres adveniat, Rex heres esto, anno & die, hoc est, anno & sex hebdomadis præterlapsis.* Multo utique rectius atque planius, quam in nonnullis antiquioribus codicibus, hoc modo, habetur: *En om enghen rette Arwinghe hittes a trettiuge dag / tha skal arff wûrthes / oc scets at gode jamling oc dag. Kommer tha enghen / tage Konning arff / oc godmel e til rette arwinghe komme / en kommer enghen rette Arwinghe effter / tha haffue Konninghen. Et si nullus verus heres XXX die comparet, hereditas estimata seponitur, ut per annum & diem servetur. Si tunc nullus heres veniat, Rex hereditatem capito, atque etiam servato dum justus heredes adveniant, & si nullus verus heres veniat, Rex heres esto.* Nimirum minus efficaciter. Quippe cum terminus tandem ita nullus hereditati ab heredibus ad eundem præfiniatur, licet Reip: interfit, ut hujuscemodi quoque rerum, non in incerto, nullâ die præstituta, cernantur dominia. Quod quidem movisse poterat Latinum interpretem illarum legum, ut istac ultima verba (oc godmel e til rette arwinghe komme / en kommer &c.) omitterentur. Sed quid illa, amabo te: hurudan / sâdan / sâtedes / qualis, talis, sic, & sexcenta id genus, quæ ex Danico ipsi nomine ineptientes exsculpunt? Anne hoc intenditur: in omnibus his, unius omnium Danici nominis honori, & regni, certo certius, prærogativa esse adsurgendum? Verum enimvero in imi subscelli viris, faceque hominum infima, vix ac ne vix quidem tolerari posset istac, quæ nobis sic obtruditur, vocum derivatio ab Danico nomine: quum periculum pariter subesset, ne temeraria hac ratione, & protelo quasi trinorum bonum non protrahenda origine, sensus simul omnis vernaculi sermonis ipsi miserè perirèt, nil nisi Danicum semper & inarticulatum, nescio quid, sine mente animi, sonantis. Siletur de ceteris ab nonnullis prolatis, quæ sine penâ etiam sunt, ut mirum mimimè ducatur, commentatores id genus residere, non secus ac esuriales agitantes ferias, nihilque omnino, præter mendicatum sibi, habentes, quod ad explendam

Jubst. Lombog.  
Aet M. D. LXXXIX.  
Wo. l. c. XXIII.



PROLEGOMENA

explendam tandem satiamamque cupiditatem aliorum ipsi depromant. Quin, omni antiquitate, Musisq; iratis, fastidii stomacho ita moti calidè avertendi causâ, sese insperatis ilisque effertissimis jactant cupidis, ad inedita provocantes auctorum quorumcunque opera; quæ quidem, si essent, exopto quam primum edantur, ut scheda ne qua depereat; non videns, quâ ratione contineant scriptoribus omnibus contraria, quos tanquam in cælo, merita collocarunt, & eruditorum per orbem literatum consensus concentusque adversus omnium seculorum injurias firmissimis & sanctissimis testimoniis commutavit: Ut adeoq; necesse sit, ista ipsa, os pulchrè subluentia, deprehendi dubia, variè variis descripta, (sicut alios temerè insectando, agitandoque, ex omni parte pressi tandem ipsi fateri coguntur) & idcirco minus integræ fidei, quæque res, id quod mihi puto palmarium censendum, ipsa coarguit. Cum enim tot tantisque difficultatibus, usque istius exauditis, veritas oppugnetur, ita tandem verè consistet, & confirmabitur, si tenaciter memoriae legentium inhæreat, mentibus infixum, fidem veteribus ac germanis tantum historiis, monumentisq; vetustatis certissimis constare oportere, ineptis spretis fabulisque anilibus; nec linguam aliquam, quæ in deliciis amoribusq; minus habetur, nisi cum armis, cum imperio, ad alias gentes nationesque universè pervagari. Imperium autem fuisse Svionum; è Sveonia gentium dominatores Scythas, Getas, Gothosque egressos; & Regem Upsalensem super ceteros omnes Septemtrionum eminuisse, ex omni antiqua historia, in Zamolxi, & in notis ac observationibus ad leges veteres, oblata sic occasione, abundè monstratum. Sed circa tempora Regis Sveonum Erii Victoriosi, Norrighi, Danique primi omnium ab hac regnorum communitate ac societate uni Regi Upsalensi subditorum desciscere non dubitarunt. Quo simul factum, ut populus alter in alterius inde perniciem exarserit, bellis ac odiis internecinis, potentiam, laudesque, per obtredationes invidiasque, minuere atque obterere sapissimè adortus. Donec, tempore procedente, iterum conditiones ita convenerunt, ut uni eidemque Regi, tota Scandinavia, adeoque istac omnia regna Septemtrionis concordissimè parent. Sed cum inita ritè satisfactaq; de Sveonia gloria saluteque, ipsique regno nihil nocitum iri, pacta minus sincerè servarentur, magnisque adeo incommodis detrimentisque ab Dania Regibus Sveones continuè vexarentur & afflicterentur, in patriæ nostræ civiumque perniciem, Actis ita istorum temporum publicis, historicisque attestantibus, tandem ab hoc foedere intimâque (voto saltem, quæ contraxerant, regnorum) societate, conjunctioneque meritissimo discessum, Svionibus sibi Regem Regiæ & antiquæ prosapiæ, GUSTAVUM ejus nominis primum, cum disciplina, tum etiam naturali bono principem optimum, ex sua gente eligentibus. Quæ quidem separatio eò valuit, ut Sviones, inclinâtâ jam pristini temporis acerbitate, & labante Rep: restituta, majoribus post incrementis, in dies ad pristinum surgere fastigium, asperrimis superatis salebris, maximoperè niterentur; Fatis Svionia regnum, mitiore vice, ita complexis, ut ex hac inde domo; & CAROLINO sanguine, in posterum non defecerint, qui summâ curâ, virtute, ac felicitate, ad hunc usque diem, ipsum illud, Omnipotentis DEI Numine, ope, &

A 3

auxilio,

40. Acta excelsa Ann. MDXCVII. & recusa Ann. MDXCVIII. Holmia, ubi omnia hæc distinctè repetuntur.

Videantur loca scripta pl. gent. laudas. & arg. in vlt. vrbis.

Zamolxi. cap. tot. lib. & not. & obs. ad cap. l. Tit. Kon. Br. West. Sid. p. 95. Et ad Ximann. Dats. p. 144. & seq.

Not. ad Confirmat. vet. Leg. Upl. p. 138. 139. & sequentibus. itemque p. 139. p. 143. & seq. atque p. 148. ad Kon. Br. c. 1. p. 177. & seq. ubi lib. simul scriptorum plurimorum conferri omnino merentur.

Acta publ. Ann. pl. & potiss. Ann. c. 13. 13. i. Wadsten. d. S. Pauli. itemq; Wadst. die Luth. P. Pet. ad Vinc. edda. ann. nec non Steyeb. d. Merc. p. d. Hat. summe sacrum d. ann. Et al. Wadst. d. Cosm. & Dan. Mart. d. ann. Al. Act. & querel. vet. temp. edit. & præsert. Lit. Sveonum publ. Ann. MDXCVII. 14. Decemb. Sudereop. ubi pertinentia sufficiunt.



auxilio, conservarint, auxerint, multiplicarint. Quem imperii Svionici, post adversas superiores, & sequentes secundas res, restitorem, ut solum potentem, pollentemque, supplici mente preceque veneror, ut Regem nostrum Clementissimum, Augustissimumque, CAROLUM XII, Regem Juvenem naturæ habitu propè divino, sine exemplo PIUM, JUSTUM, FORTEM, FELICEM, sed in exemplum; quot prælia, pugnas, velitationesque, tot victorias, pari auspicio, fortuna, decore magni sui nominis æternum victuri, ejus beneficio summo præsentissimoque, in summam universi orbis admirationem, opinione semper citius, numerantem, in annos Nestoreos tueatur, ferret, protegatque, quò sub hoc tanto, extra comparationis aleam, HEROE, vitæ nostræ, salutis, memoriæ, gloriæ, totiusque adeo patriæ parente, felicitatisque unico præside, pace, tranquillitate, otio, incolumitate, bonisque cujusvis generis in perpetuum duraturis, universi ac singuli læti exultantesque perfruemur. Sed illuc erit rectè redeundum, undè diverti. Cumq; in animo sit, leviter transire, ac tantummodo perfringere unam quamque rem, quæ, nescio quomodo, obducitur, & oculis animoque, in præsentem, obversatur; ut omnes verè intelligant, me non studio, & contradicendi pruritu, sed veritatis amore solius impulsus adactumque, toto passim orbe personantia, bonorum omnium cum applausu, ut spero, existimo, atque confido, protulisse: videbit benevolus lector, adhuc esse permulta, quæ me non sinunt committere, ut mea quoque indigentia, & inconsiderantia, in aleam, quæ ab adversariis intenditur, dubiam producantur, quæ ita aperta & manifesta sunt, ut se ex alterius nutu pendere, & alieni momentis animi circumagi non patiantur. Agedum igitur, visis ita breviter rebus summa mente atque virtute gestis in orbis admirationem, cetera quoque huc spectantia paucis strictimque considerentur. Nugæ sunt profectò gerris Siculis longè vaniores: nempè quarto decimo sæculo, factâ confociatione Islandiæ, Norrigiæ, & Daniæ sub uno Rege; atque eodem etiam sæculo, anno nimirum, à CHRISTI natali, labente cccxcvii, Sveoniæ, Daniæ, & Norrigiæ: illarum indè gentium linguas ab Danica, tanquam potiore, denominatas. Quod enim ad regnum attinet Svionici, percussum hoc est fœdus, salvâ regni libertate, juribus, quæ jam indè ab antiquo viguerant, rectè reservatis, & muro quasi, ab Daniæ, secretis atque circumdati; ut si spem aliquando Svionici iniquitas fefellisset, nullum indè periculum resideret, inclusum in venis, atque in visceribus Reipublicæ; non secus ac ipsius capita conjunctionis, & pactionis, tanquam obsidis perpetuæ securitatis, veritatisque, plus satis declarant. Quorum utiq; primum omnium jure meritoque censendum erat, ut unumquodq; regnum, jure, legibusq;, privilegiis, libertate, institutis, bonis moribus, ac nomine suo perfrueretur. Ita namque verba se habent articuli primi: *Först / doch swa at hwart Risse blifwer widh sin Lagh och Rätt / privilegia, Frisheet och godha gambla Sedhwane / och widh thera namn.* Unde quoque horum Reges regnorum, singulatim etiam Reges dicti Sveoniæ, non secus ac Daniæ. Et Christophorus, ceterique, DEI gratia Sveciæ, Daciæ, Norvegiæ, Sclavorum, Gothorumque Reges. Vide sis quæ de Regum Sveoniæ titulis adnotata sunt ad Leges Uplandicas. Adhæc, Regnum esse Svionici ceteris omnibus antiquius, ut cui originem natalesque debeant, manifestæ fidei argumentis jam diu evictum:

Conferantur AÆ. publ. & conditiones conjunctionis ac fœderis III. Regnorum, Calmarnis consignatæ die S. Margarete Virginis, Ann. MDCCCXCVI. Conjunctionis hujus partiumq; renovatio atque amplificatio, Calmarnis, Ao. MDCCCXXXVI. Dicitur Conjunct. renovat. d. am. art. 1. Confirm. Leg. Comm. Provinc. R. Christoph. & Dissert. De Titulis Regum Sveon.

Vid. Loc. supra in marginis laudat.

etum: sicut etiam Svioniam reliquis omnibus, secundum jam dicta, adeo manifestè imperitasse, ut litibus & jurgiis ea de re supersedere eos oporteat, ne, tanquam si offusa historiis sempiterna nox esset, ita discrepantes offendant ruantque in tenebris, omnia miscentes. Et quod ad linguam attinet Islandicam, non potest non censerì Gothica; quippe cum veritati unicè velificando, haud seculo tantum à nato CHRISTO octavo, ut ipsi statuunt, colonis infestà Islandià, sed ab remotissimà etiam ultimaque profanorum temporum rerumque memoria, pariter cum ipsa gente Gothorum, Gothica lingua exsisterit, per Septemtrionem omnem, una cum colonis, armisque victricibus, latissimè diffusa, quamvis licet dialectus, ut hodieque in Gothià, quà quà patet, provinciis, varietur. Verum enimverò, ut generosius est, in sua quidquid sede seminis excolitur; in vicinàs autem terras, aliasque inlatum, naturà sese, temporis progressu, mutante, paulum etiam degenerat; ita quoque genio factum Gothicæ linguæ, linguæ moribusque hominum regioni ubique respondentibus. Atque ut omnes intelligant, vel maximè, à primis usque temporibus, in Sveonia exultantem adornatamque hanc linguam, cognoscant, quæso, quid saxa etiam in patria nostra, ac monumenta vetustatis quasi vocalia, eaque tantum non innumera passim adhuc exstantia; præter non pauca ab aliis atque aliis edita, loquuntur, quæque propediem, haud dubiè, accuratà diligentia nobilissimi Peringkiöldii lucem sunt visura. Hoc igitur quanti putabunt omnes ad Danici nominis famam, statuisse, filiam ante matrem editam; filiam ante matrem locutam; matrem indè à filia ita didicisse loqui, ut adhuc semper omen Svionibus decusque valuerit prerogativum. Revixisse, ajunt, seculo à CHRISTO nato III Gothicum nomen, verum ab alio Septemtrionum latere, dum à Mæoti palude provenientes, victoris sese Thraciæ, Bulgariæ, Pannoniæ, Galliæ, Italiæ, & Hispaniæ superfuderunt, ut propterea alii hi censeantur Gothi, nostrisque diversi. Sed immanè, quantum hæc ficticia historia, historiæ omnium gentium, rei manifestæ, rationibusque invictis, quas, longà serie, alio loco percensui, adeoque germanis Septemtrionis scriptoribus repugnet: ut mittam in præsentia, perperam quoque ab iis positum subductumque annorum, quibus auctores hi, & alii etiam floruerint, calculum. Quid? nonne in notis quoque nostris antedictis evidentissimè fines imperii Sveonum Gothorumque eousque protensos commonstro; undè diversos illi educunt, historicorum planè verbis eos, manifestèque, undè digressi sint, ita designantibus, ut nodus hic erroris facillimè, nexibus explicatis omnibus, solvatur, nisi si in perversum corruptumque sensum, violentà colligatione, consultò iterum trahantur. Et hinc quoque; nummi in urnis plusculis plusculorum per Sveoniam tumulorum, in quas collecti cineres ac ossa crematorum, de bellis, quæ per orbem Sviones Gothiq; cum variis aliis gentibus gesserint, testimonia evidentè perhibet. Quid Chersoneso etiam fiat, quam ipsi, Ptolomæum, ejusque asseclas sequentes, in Danici nominis gloriam, Cimbricam appellant, plus satis apparet ex situ, quem veteres ferè omnes ita describunt, ut aut nusquam terrarum, aut in Sveonia tantum conspiciatur: motu Solis, Lunæ, stellarumque, quin & dierum noctiumque longitudine, & ceteris ad hoc evincendum mathematicis argumentis rationibusque confluentibus. Taceo, Geographis nunc omnibus luce clarius constare, vehementissimè

*Conferantur Inscriptiones lapidum Runicæ à Buræo, Verelio, Hadorpbio, H. Cur. & aliis editæ. Itemque Runograph. Cl. Verel.*

*Videantur omnino & conferantur supra citata loca in margine, & alia in notis nostris passim: sicut etiam Zamolx. c. II.*



vehementissimè errasse Ptolomæum, tum in aliis permultis, tum in Cherfoneso Cimbrica designanda, xxx in longitudinem milliaria Svionia tantum, & LX Jutiæ Danorum attribuentem; quum in longitudinem Jutia solum XLV, Svionia verò CCXL amplius milliaria pateat.

Quod cum ita sit: quid est, cur non omnibus ita concinentibus cum rei evidentia scriptoribus fides habeatur? nisi concesserimus, vana, ficta, fallacia cuncta censerì oportere; quæ verissimis monumentis existare, & oculis cernimus, & auribus accipimus. Mirari satis nequeo, eos, per assimulationem fortè non intelligendi, aut studio contradicendi eò esse prolapsos, ut Islandica scripta, omnium statuerint antiquissima, ex quibus de genio & nomine linguæ judicari possit: quo tamen nihil dici queat absurdus. Quid enim, præter dudum scripta, lapideis ita fiet, aliisque vetustatis ultimæ, in patria nostra, omni exceptione maioribus monumentis, memoriæ posteritatis, ante habitam Islandiam, & longè remotiora tempora, adcuratè proditis, quæ quidem in primam profanorum seculorum memoriã se jubent ipsa rejici? quæ quoque, cum inter se colligata, atque implicita sint, rectè collata, historiam venerandæ antiquitatis, si non contexere, certè plurimum supplere veritatis cupido verè videntur? Ut nimis abundare censeantur audacia; consilio verò & ratione defici, qui nihil nos certi de Gothicis, hoc est, Runicis literis; nihil, quibus temporibus coeperint; nihil, quomodo progressæ sint; nihil, cur, & quando rejectæ, penitusque sublata, tradere, posteritatique relinquere posse existiment. Esto; certum annum, diemque in singulis his membris digitis computare, & exprimere non ita facile fuerit. Nihilo secius, ex ipsis saxorum, ceterisque monumentis peti possunt auctoritates, rationumque adeo certa liquidaque momenta, ut non ignorentur tempora progressusque, calculo parum severo, qui sanè in antiquitate noscenda sufficere omninò poterit.

*Conf. vetustiss. Hist. quas Trogius Pomp. describit, ex eoque Justinus lib. II. c. I. & consulantur simul scriptores in comment. variorum ad b. I. Iudati.*

*Plat. in Crit. sive Atlant. p. pl. & potissimum p. 1107.*

*Lap. pl. Run. inscript. in laud. aliis codicibus.*

*Schrod. Lex. Scand. Epist. ded. & Prefat. ad Lett. p. 3.*

*Homer. & Schol. ad Iliad. O. v. 256.*

*Atbenag. leg. pro Ch. p. m. 20.*

*Isid. Orig. l. VIII. II.*

*Fulg. Mythol. l. I. c. XX. & ad b. I. Muncker. Albric. Ph. De Deorum imagin. lib. c. VI. Natal. Com. Myth. l. V. c. V. p. m. 436. Hesiod. Theog. v. 938. & seq. Homer. in Mercur. v. 1. Pausan. Arcad. f. lib. VIII. p. m. 276. Virgil. Æneid. lib. VIII. v. 138. & sequentibus. Horat. lib. I. Carm. Od. X. princ. Ovid. l. Metam. v. 682. & VIII. v. 627. Et in Par. Clem. Alexand. Strom. lib. I. p. 236. Hygin. Prefat. sive Geneal. Deorum, p. m. 8 & 10. Cic. lib. III. De Nat. Deor. c. 22. edit. Sturm. p. m. 70. Clem. Alexand. Admon. ad G. p. m. 14. Alex. ab Alex. Gen. dier. lib. VI. c. IV. Nat. Com. d. lib. & c. Franc. Sweert. De Mercur. p. 57. & seq. Herodot. Terpsic. f. lib. V. p. m. 138. & seq. Cæs. De Bello Gall. lib. VI. p. m. 232. & Montan. in notis ad b. I. Tacit. de mor. Germ. lib. c. IX. Plaut. Amphib. Prolog. Merc. v. 12. & interpret. Lambin. Taubman. & al. Diod. lib. III. c. 5. Dion. Halic. & Pausan. l. pl. & Pausan. potissimum Eliac. prior. f. lib. V. p. m. 162. & 177. Archaic. f. lib. VII. p. 228. Buot. f. lib. IX. p. 298.*

Quocunque igitur mentes eorum inclinent atque sententiæ, statuendum ipsis omninò est, quod res est; nempè longè vetustissimas fuisse Runas sive literas Atlanticorum Scytharum, sive Svionum, atque Gothorum, cum Ægyptiam gentem, quamvis reliquarum omnium antiquissimam, de vetustate cum Scythis nostris (uti locorum, qui simul describitur, situs evidentissimè evincit) certamine exorto, invictæ fidei argumentis adeo superatam historici referant, ut antiquiores semper Scythæ sint habitæ. Quorum idcirco literas per plurima ritè secula ante sua tempora viguisse Plato in Atlantide docet, utpote **Atlantior** de nomine dictas Atlantis; confirmantque lapidum inscriptiones virgam Mercurii ostentantes, duobus innexam draconibus, quæ admodum antiquitati omni ritè depingitur. Et quamvis Atlantis eum ex filia nepotem (undè Atlantiades dictus) scriptores commemorent; de numero tamen Mercuriorum nonnihil variant, plerisque quinque eos ordine, aliis quatuor recensentibus: potissimus autem perhibetur Atlanticus, ad eumque (ut nihil nunc de recentiore agatur, qui nomen nomenque antiquioris obtinuit) omnes à Mercuriis res gestæ referuntur.

feruntur. Idem hic non majoribus tantum nostris, sed reliquis etiam per Scandinaviam universam, Germanisque, & quâ quâ sese Svionici imperii reverentia porrexit, atque aliis insuper gentibus eximia religione cultus. Cujus honori adtributa mensurarum, ponderum, commerciorum inventio; sacrificiorum institutio; astrorum observatio; concentus vocum formatio; palæstræ, numerorum, trium chordarum, lyraque, tensis super cochleam chordis, compositio; verborum interpretatio; nominum impositio; linguâ idcirco ei, ut aliis atque aliis membris Diis ceteris, dicatâ consecratâque. Quin & ei arbitria, transactiones, pactiones, fœdera in bello facta insignitius adscripta; itemque per internuncios, caduceatores, feciales, justitiâ religione permixtâ, geri solita, ac vocis istac notatione comprehensa omnia; quippe cum, rejectis opinionibus existimantium, Mercurium dictum quasi *Medicarium*, vel *Medium currentem*, vel *mercium curam*, similibusque, meras argutias respicientibus, à *merfja* Gothico, nomina *Mercurs*, & *Mercurii* rectissimè deducantur: non secus ac *Prfur* / *conditor*, ab *prfja* / *condere*, *componere*; *Epsafur* / *mansuetus*, à *spáfja* / *mansuescere*; *Ritur* / *dives*, *potens*, à *rifja* / *dominari*; & sexcenta id genus alia. Huic origini vocis haud disconvenienter Hesiodo *Ἐρμῆς*; *interpret divum* Virgilio; *ἠέρως*, *praco*, *ἠέρως ἀθωάτων*, *praco Deorum*, laudato Hesiodo; *χρυσίε γαμῆς Ἐρμῆς*, *Mercurius auream gestans virgam*, Homero; atq; aliis *ἄγγελος ἢ ἡμῶν*, *Deorum nuncius*; *νοσφῶος*, *lucridator*; & item aliis, adeoque C. J. Cæsari *omnium inventor artium*; Horatio, *magni Jovis*, & *Deorum nuncius*; *curvaq; lyra parens*; Ovidio, *pacis & armorum arbiter*; itemque *Caducifer*, Græcè *καρχηδοφόρος*, omiſſis nunc ceteris, quorum in locis ad oram notatis fit mentio, appellatur. Accedit illud etiam, virgæ Mercurii omnes inesse Runas veterum Svionum ac Gothorum: quæ quidem antiquissimis temporibus xv: omninò fuere; post auctiores factæ, punctis, seculo à CHRISTO nato potissimum tertio & quarto, ad apertius & significantius distinguendum, adhibitis. Neque de abusu heic loquor, Runisque Magicis, per Odinum magum longè ante CHRISTI natalem inductis, sed de veris, quarum in sermone populari usus semper fuerat. Mittuntur, in præſenti, alia; sicuti in ætatum quoque *Runarum* in faxis incisarum computatione, celeberr. Rudbeckii invento atque accepto, recurri posse ad humum iis circumjacentem; ut cujus superficies, variis, post erectionem faxorum, terræ accretionibus adauctæ, mensurâ, si mentem rectè assequaris, minus fallente, temporum intervalla dispungant demonstrantque. Neque nobis incertæ sunt causæ, cur abolitæ, ut in observationibus ad leges veteres memet scribendo explicavi. Ubi simul de tempore expressè verèque disseritur, quo potissimum, ob earum in artibus, quas alias quoque gentes Mercurius docuisset, magicis exercendis, abusus abrogatæ; adnexis ineptiis Pontificiis, quibus fucata tunc erant omnia. Quid? ipsa hæc quaestio de linguæ nostræ canitie, legibus etiam vetustissimis: quid? Regibus, qui eas promulgarant: quid? huic tandem argumento, quod ipsum se ostendit, cur non reservata est? Nonne hodieque oculis nostris hæc leges usurpantur? manibus teruntur? de quarum vetustate, notisque, ac characteribus antiquitatem ultimam redolentibus, scriptores, præter reliquos, Græcorum antiquissimi planè vera, nobisque ipsis miranda commemorant, ut frustra sint, qui cornicum heic oculos confixisse,

Horat. bot. d. Od.  
X. & interpret.  
Tab. Heliac. p. 316. seq.  
Conf. Macrob. Sat. I.  
19. Serv. Æn. VIII.  
138. & Pier. Hierogl.  
lib. XV. Ex Homer.  
Callistr. & alii, Na-  
tal. d. I. & c. p. m.  
442 & 444.

Videatur Montanus,  
aliquæ ad pag. dist.  
Cæs. de bello Gall. lib.  
VI. laudatis locis ex  
Fulgentio, Festo, Ar-  
nobbio, ceteris.

Hesiod. d. I.  
Virgil. lib. IV. Æn. v.  
356.  
Homer. Odys. E. & in  
Vest. & Mercur. v.  
penult. & interpr.  
supr. laud.  
C. Jul. Cæs. de bell.  
Gall. lib. VI. p. m. 232.  
Hor. d. I. & Od.  
Ovid. lib. V. Fast. &  
Met. d. I. VIII. & vers.  
Adde Hygin. Fab.  
CXLIII. & Interpret.

Cl. Rudb. Atl. p. n.  
c. XXXVIII. §. 4. p.  
855. & seq.  
Ol. Verel. Runogr.  
Scand. c. IV. & VII.  
Addeſis Not. ac Ob-  
servat. ad Leges Upl.  
p. 139.

In notis ac observa-  
tionibus ad Leg. vet.  
W. Gothic. & Tit. De  
Christianis Regibus  
Svionia. p. 141. & seq.  
Adde ſis Eric. Schrod.  
Lexic. Latino-Scand.  
Præf. ad Lett. p. m. 3.  
& seq.

Not. ad Leg. Upland.  
Kon. Br. c. 1 p. 177.  
& seq. c. X & seq.  
Kon. Dptt.

Conferantur notæ  
ac observationes ad  
leges Uplandicas, plu-  
ribus paginis.

Kon. Dlot Helg.  
Har. Saug. c.  
XCVI. p. m. 524.

Hervar. Saug.  
c. XX. p. m. 182.  
Cic. Or. pro L. Flac-  
co c. XXVI.

Edd. Conf. Resen.  
Fab. LXXVI.

sibi videantur. Locum vel unum, veritatis autem evidentis, quæso, ob-  
testorque, proferant, cujus auctoritate refelli, aut saltem cum ratione  
disputari, ac in dubium vocari possit ratio expeditionis in Sveonia ma-  
ritima, ejusque antiquitas, quam quidem tam adcuratè, tam insignitè,  
ut nihil supra, describit Platò in Atlantide, & omninò consentiens con-  
cordansque titulus legum veterum Uplandicarum, de Jure Regio. Pro-  
fectò nusquam gentium ejusmodi leges, quas in Atlantide sua Platò  
describit, præterquam in Sveonia reperies, ut idcirco Svionibus, hoc  
potissimum instituto; & aliis nonnullis, ab reliquis omnibus per or-  
bem differentibus, alia per Atlantidem Platonis, quam Svionica sola  
intelligi omninò nequeat. Videantur notæ ac observationes ad leges  
Uplandicas; quibus quidem ipsum hoc plus satis evincitur. Quam  
igitur expedita Platoni, ceterisque, quos aliàs bonâ fide recensui, scri-  
ptoribus ratio fuerit; quam evigilatæ cogitationes; quam mirâ re-  
rum Atlanticarum peritia scientiaque, luce clarius inde perspicitur: &  
quam imperitè contra, incitè, imprudenterque faciunt, vel erroris  
eos, vel incitiæ, ob sinceram, & omnium sensibus verè patenter  
narrationem, arguentes, vel eam prorsus negligentes, secumque ipsi  
illegitè aliàs quærentes, quid, in fraudem ita partium, hæc de re sit  
significandum; quos idcirco rectissimè dixeris nullam omninò curam  
de veri inquisitione attingere, dummodo id quod intendant adsecu-  
turos se putent, lectoremque vanissimis argutiis irretitum teneant.  
Solem profectò è mundo tollere videntur, qui historiæ veritatem è  
vita tollunt: quæ nihil in vita civili utilius, nihil præstantius, nihil ju-  
cundius. Quæso, ubi studia literarum in terris non oblanguissent, si  
nunquam consilio; nunquam operâ suâ, nec domi, nec militiæ, scri-  
ptores egregii, in rebus memoriæ posteritatis prodendis fidem inve-  
nissent? Fructus enim ingenii, & eruditionis, omnisque præstantiæ  
tum vel maximè capitur, cum cujusvis exempli veteris documenta in  
historia, velut in inlustri posita monumento verè intueri licet, sine-  
rèque rem narrantibus tutò accreditur.

Undè simul apparet, quam constantè leges majoribus nostris ser-  
vatæ sint, uno & perpetuò tenore juris semper usurpato, nunquam  
intermisso; quamque verè Freividus Regi Svionum Olavo responde-  
rit: *Allir Svjar villia hafa fðrn Laug / oc fullann riect sinn: Svi-  
onas omnes, antiquas leges juraque velle servata: Et Sveonia popu-  
lus Regi Ingoni; duas vel maximè conditiones offerens: vidè hæc for-  
num lozum hallda / eda lata af Kongdðmi: aut vetustas leges obser-  
vare; aut regno se abdicare.* Soli igitur Sviones toto orbe terrarum  
sunt, qui non septingentos, ut Lacedæmonii, sed ter mille jam tum  
annos amplius, cum jus hoc nauticum abrogaretur, unis moribus, &  
nunquam mutatis legibus stari maluerint: quamvis aliis capitibus,  
etiamnum hodie, plusculis legum illarum antiquissimarum, maximo  
Reip: commodo emolumentoque, pareamus. Quin & ad Eddam,  
suo malo, provocant Islandorum, laudatâ fabulâ, quæ linguam uni-  
versi Septentrionis, Danicam appellatam doceat; complectendam ita  
in hoc Danico nomine, emutatis in perversum dictis, causam gloriæ  
Septentrionum esse totam censentes. Sed quod fabulæ ipsorum esse  
debebat condimentum, id quidem omninò desideratur. Quis enim  
paullo humanior fabulam hanc germaniæ Eddæ ignorat, quæ seculum  
illud aureum, sub primo Regum omnium Saturno, sive Frothone, vi-



vis velut coloribus depingitur; bellicis nondum furoribus genites inter se committentibus, ut neque necesse ita habuerint, ignes ab hostibus injectos restinguere, neque mucrones à jugulis suis rejicere; cum arma, cum tubæ, cum signa militaria, cum tormenta, & hoc genus alia non parentur; cum pro conjugibus, pro liberis, pro aris ac focus, pro fanis, pro tectis ac sedibus, pro imperio, pro libertate, pro salute gentis, proque universa Republica non dimicaretur: pace jam tum jucundissima cuncta fovente, quæ non modò homines, quibus natura sensum dederat, sed agri quoque, & alia sensus omnis expertia lætari censerentur. Ut frustra sint de Frothone Rege Danorum, cum Saxone Selandico, & Edda amplissimi Resenii Hauniæ excusa, ad eamque consutis additamentis (quæ tamen, quo erat candore, cons. Resenius, Eddæ suæ Fabulæ inserta noluit) istæc omnia accipientes, eumque ad tempora Imperatoris Augusti, ipsiusque adeò CHRISTI referentes. Quamvis ea verba, & eam etiam vim ac notionem, quam simul affingunt, & sermonibus suis eructant, nusquam in illa Reseniæ Eddæ fabula reperiam. Namque verba ita se habent. *Frode Fridleiffson hiet Kóngur i Danmork / á hanns tpmum var suo gðdur fridur / ad einge madur grandade óðrum / thót hann hitte sódur edur bróður bana lausann eda bunden. Thá var einge Thióffur nie Kánsomadur / suo ad Gullhryngur eirn laa á Kalangursheide lango tyma á Thióðbeige. Hañ átte Ambáttar tuer Fenu og Meniu / thar med Kuorn eina sem Grotta hiet / henne mótludu thár / em thad máldest á hana er sá mállte fyrer sem malade. Hann bauð theim mala Gull / Frid oc Sálu Froda / og gaff theim ei leingra Sueffu eda huijsd eim Gaufutenn thegde / thár mótludu Frid suo thar kom Wýsningur Kóngur / og drap Froða / enn idt thár og Kuornuna og haffde til Skipa / og bad thár Sallt mala / thár mótludu Sallt Wýsninge thar til sótt Skiped / og er thuy Sidr falltur. Ubi, ubi quæso, heic, vel litera de lingua universi Septentrionis visitur, eaque etiam dicta Danicæ? Nusquam. Et ne tantillum addubites, ecce tibi verba & Danici codicis, & Magni Olai Islandi, Latini interpretis; quæ quoque consulti Resenius, utraque lingua, hunc in modum sincerè subiecta voluit: *Frode Fridleiffson heed en Konge i Danmark. Udi hans tid var saa god fred / at ingen mennisker slog en anden / alligevel hand saae den som haffde slaget hans Fader eller Broder ihjel / enten hand var ts eller bunden; da var oc ingen tiuff eller røffvere / saae at en guld-ring laa lang tid paa de klipper som heede Kalangursheede paa beyen. Hand haffde to tienerinder Fenu oc Meniu / der til oc saa en Kvern som heed Grotta / med hwilcken de kunde maale ale det som de vilde yuske. Hand befalede dem de skulde maale guld / fred oc velfart / od gaff dem icke meere roo eller søffu / end som Gøgen tier om uatten. Men de maalede vfred / saa at der kom Kong Wýsing / oc slog Frode ihjel / men tager dem oc Kuernen med oc førde til Skibe / oc befalte at de skulde maale salt. De gidr oc saa indtil Skibet siuncker / oc derafore år Sden salt. Froderus Fridleiff filius Rex Dania erat. In illis diebus tam bona pax vigeat, ut nemo alteri noceret, Et si patris aut fratris interfectorem solutum vel ligatum deprehenderet. Nullus cum fur erat aut latro; idcirco annulus quidam aureus in tesqvis Ralangenibus longo tempore in via publica jacebat. Hic Froderus duas posedit ancillas Fernan & Meniam, molam etiam unam, qua Grotta dicebatur.**

cebatur. Hanc ancilla ista ducebant; in ea molebatur quicquid nominare voluit is qui molam versabat. Mandavit ergo ut aurum, pacem & beatitudinem Frodero molerent, nec somnum illis permisit longiorem quam taceret cuculus. Sed illa bellum tandem molebant, ut illuc Mysingus Rex cum exercitu veniret, qui Froderum occidit, ancillas vero cum mola ad naves secum duxit, iussitque ut sal Mysingo molerent: quod & fecerunt donec submergeretur navis, & una cum illis Mysingus & mola. Hinc mare falsum est, & aurum propterea appellatur *mollitura Fenia, Menia, Grotta*. Nihil omnino ita habet Islandicus codex, uti ipsis censetur, optimus, manu Cl. Stephani descriptus; nihil codex Danicus; nihil Latinus Magni Olai; nihil alii, qui ut incorrupti laudantur, id absurdi usquam sonans, de quo illi meminerunt. Neque adeo hæc verba, si verè existissent, exolevisse censenda erunt, ut vetustate detrita prorsus evanuerint, ne minimo quidem ejusmodi lectionis & sententiæ, quam illi affingunt, relicto vestigio. Mitto in præsentia, præter ita falsò præmunita & conficta, initio fabulæ hujus occurrere, quæ satis sibi constare, & ex omni parte secum ipsa consentire nequeunt; re magnam in commentis requirente diligentiam, adcuratamque memoriam. Ita, quæ ad fidem, de cetero, rei faciendam proferuntur; in sensum perversum detorquentur omnia. Quid igitur? Hoc quò pertinet? ut quod nunquam factum esse probatur; id, perinde quasi factum sit, adfirmetur, interpretationeque locorum absurdissima confirmetur. O conditionem specie amplam, re vanam, inanem, miseram, non modò quærendæ gentis suæ gloriæ, verum etiam alienæ suggillandæ, reclamitante istiusmodi commentis universa historia. Quid autem præterea, de jam diu edita Edda amplissimi Resenii monendum veniat, tam ratione præfationis, quam fabularum, & reliquarum Eddæ genuinæ partium, ex Eddæ Miss. vetustissimo, quo quidem, beneficio Celsissimi Herois, MAGNI GABRIELIS DE LA GARDIE, Academia gaudet Upsalensis, id utique suo loco & tempore, si DEus ita volet, erit aperiendum. Nullus igitur video, qui sustineant, ipsi sibi sollicitudinem ita struentes, chartis non perituris illinere, & cum orbe literato communicare, quæ evidenter falsa conspiciuntur: nempe, præter id genus alia satis jam confutata, Svionas etiam veteribus dictos, ore loqui Danico, quando victores vel maximè Danorum cluerent: Svionas, inquam, qui ex se Danos genuerant: in terris; undè deductæ coloniæ; undè literæ, religio, jura, mores, instituta, leges ortæ, atque in Daniam, ceterasque terras, faustè, feliciter, prosperèque distributæ. Liceat heic mihi non pauca, si oblivisci non possum, at tacere, quæ ad Danicæ linguæ purpuram ipsi jactitant, nec scriptores meminisse, qui haud exiguam ipsi labem affricuisse videntur. Semper enim mores sum eorum averfatus, qui nihil præterquam loqui didicerunt, & ipsum id maledicè ac malignè. De Gothica ipsorum lingua longè amplissimum perhibet testimonium *Chronicon Gothlandico Cimbricum*, ab Nicolao Petrejo Hafn. editum, quod auctor Saxone suo cto 10 ecc annis antiquius esse docet: in Danicum verò, quo hodieque perfruuntur, conversum ab Nicolao Michaelis, titulo, *Danmarks første begyndelse og herkomst*. Et ne de elegantia dubites, verba ita se habent: *Japhet rridium Noe son/hvilkom hiet Gomer / han for til einom landom / udindan hed midrum Asia; de nescide hed Joffid hannom folgdom Lygraner.* *hvilke*

Adde sis laud. cap.  
Zamolx. & notas,  
quæ quidem inf. sub-  
jiciuntur, c

Conf. Verel. Not. in  
Hist. Gotr. & Kolvon.  
t. 1. p. 6. & sequenti-  
bus.

landom fremtidom nefndes Phrygia. Sed er ffed da af betldunge or  
 baro gangin atirran hundrit oc halfandrom sipe / udindan Saruks ti  
 dom. Sammelune for Tygar Homers son ofver Maeris til Euro-  
 pam, ler credie del af verdum / oc dueldom nozrom lunom i Skjeter  
 landom ness hin stora myr / huillkom heiter Meotis; huillkom er merz  
 mutter. Addantur quoque, si ita videbitur, quæ in univerfa hac hi-  
 storia sequuntur. Nullus certè heic versus cernitur, neque in sequen-  
 tibus, sine mendis & vitiis. Monstra sunt verborum ac locutionum,  
 quæ nobis in hoc opere, ut quibusdam etiam aliis, pro germanis &  
*GothoDanicis* obtruduntur, & solœcismi manifestarii. Ut hinc facilè  
 appareat, quanti, reverà, censenda sint hoc genus scripta, quæ ad la-  
 befactandas Gothorum in Scandia origines, gloriâque nominis con-  
 vellendam, operosius quam cautius proferuntur; quamque bonis o-  
 mnibus vitanda, quæ, fucatis inventis, veri judicium tollunt, idque  
 adulterant. Donanda quidem ingeniis esse fateor qualiacunque vitia,  
 sed non portenta; non quæ aliis immeritò esse possunt fraudi ac cri-  
 mini; non ubi dolus, ut in hoc scripto, manifestus est, & auctor ma-  
 nifestò tenetur, in manifesta noxia est, quamvis licet cœussa ad fu-  
 candam rei faciem utatur, & nescio quibus officiis. Longè alia lingua  
 nostra est Gothica; nempe antiqua Gothica, quâ id temporis usum  
 scriptores referunt totum orbem Arctoum, & populos etiam vicinos;  
 quanquam id simul bonâ fide verissimèque Arngrimo dicitur: *veteri  
 Gothica, integrâ solos nunc uti Islandos, eamque propterea Islandicam  
 nuncupatam.* Cujus ad puritatem retinendam potissimum duo fuisse  
 subsidia memorat: *unum in libris manuscriptis, veteris puritatis &  
 elegantia refertissimis; alterum in commerciorum extrancorum pauci-  
 tate.* Quin alios igitur ejuscemodi fictores querant, quibus centones  
 ita consuant. At etiam, tanquam res omnis expers dubii, adjicitur: Da-  
 nicum nomen prætexi in honorem summis quibusq; principibus orbis  
 Christiani; prætexi generi, dignitati, ordini, sexui honoratissimorum  
 quorumcunque civium; ut existimationis, fidei, prudentiæ, ho-  
 noris, excellentiæque laudibus præfulgentes, in patria quoque nostra,  
 de Danico nomine, ejus nobis observatâ reverentiâ, *Dannemân /  
 Danneqbinnor* / hoc est, *Danske mân / Danske honor* / appellantur.  
 Benè habet: jacta sunt egregiè fundamenta prærogativæ Danici ho-  
 minis; præsertim cum pariter etiam profiteantur, non melius expli-  
 catusque, quam ex hac loquendi formula, totum hoc, quantumcunq;  
 est, quod certè maximum ipsi arbitrantur, posse probari. Sed pace  
 ipsorum, subnixo & fidenti innocentæ animo dixerim, fundamentum  
 hoc facilius certè subruï, quam magnificentius ita posito quidquam  
 non modò tantum, sed ne tantulum quidem superstrui. Quid enim  
 horum opus fuit calamo præfestinato excipi, quæ inanissima peritiæ  
 linguæ, jactantiæ autem plenissima, arrepta potius è trivio, quam ex  
 ore penuque eruditorum credi poterunt. Neque temerè alioquin et-  
 iam, quisquam nostratium, aliquem ex ordine nobilium, aut super ce-  
 teros aliqua dignitate eminentium, *Danneman* ita vocaverit, nisi se  
 simul deridendum omnibus propinare voluerit. Nonne verò, tali  
 retundendo judicio *de Danico nomine*, in mentem venit veræ originis?  
 Nempe istoc vocabulo *Dandi* / hominem veteribus significatum *fixâ  
 sedis, eumque liberalem.* Hinc & in historiis annalibusque vetustis:  
*gods bondi / dandi / oc rettorður / bonus, liberalis, justus.* Justus, ling. Scyth. Scand.  
 rettorður / voc. Danst.

*Grænl. annal. p. 11.  
 107. Cl. Verel. Ind. vet.  
 ling. Scyth. Scand.  
 voc. Danst.*



rettorbur / hoc est, dictorum factorumq; constantia commendabilis; ne hæc omnia uno vocabulo *dandi* / quæq; plura ipsis dicuntur, comprehendi existimes. Ita nec *Daniam*, *Dandiam*, *Dantiam*; neq; *Danos*, *Dandos*, *Dantos*, ab *Danta* / vel aliunde, ipsi facile dixerint, ut ne ejuscemodi recenti novitate ficta notatione, veteris obliti, causa tandem cadentes, opinionem suam, quâ *Dani* salutari gestiunt, ab Dano Rege, haud exiguâ concussam aurâ repugnantia sentiant. Adeò inter *Danspan man* / & *Danneman* quæ sit, observarique debeat differentia, nemo ignorat, dummodo vel paululum ultra prima sapiat literarum elementa; nemo nescit, nisi ab omni non modò eruditione, sed etiam desiderio eruditionis relictus: ut nihil omninò sit, censerique jure debeat ineptius, quam *Danneman* Latine exponere per *Danicum virum*, *Danspan man*. Quis certè rusticus, non, non alius honorationis ordinis, in patria nostra vocatur, & vocari *Danneman* avert; *Danspan man* autem non item. Qua de re evidentissimè adversariis etiam, si non ex eorum opinione aliter, constaret, si in frontem esset uniuscujusque nostratium inscriptum, quid de ea sentiret. Neque felicius ipsis laureola in mustaceo quaritur, in nudo & inani vovum sono; utpote ab nomine Danico deducuntibus *Codanum sinum*, *Gidtha*, *Fiären*: cum *Codanus* sit, quasi tu dicas, *Gothanus*; apud veteres; literis *c* & *g* vices alternantibus, & *k* Gothorum *th* verissimè sonante; quod vel puer norit elementarius. Unde *Mela* quoque *Codannia* scribitur, ad verbum *insulam* denotans *Gothorum*. Namque Australis Sveonia pars est, manetque Gothia: & Geographiâ, & legibus etiam Regis Danicæ Christophori ad amussim continentibus. Quæ verò Priscorum sententia de Scandinavia fuerit, eam insulam existimantium, cum aliis pridem observatum, tum in notis etiam meis ad leges veteres. Ut idcirco vanissimas ejuscemodi conjecturas, vel potius disceptationes contentionesque enerves satis admirari nequeam, quæ quidem in varias partes duci possunt, nonnunquam etiam in contrarias, evidenterque falsas, quibus nihil censetur ineptius. Quod autem ad *Danaholm* insulam attinet, quæ & ipsa parva vocata *Dania*; & ad rivum quoque alluentem *Danabæ*; de Danico nomine rectè appellantur, non secus ac ipsa *Dania*. Verum de his, & aliis, se de Danico nomine iactantibus, videri poterunt literæ Pontificis Agapeti II, & ad eas meæ etiam, quas adjicio, observationes.

Frustra quoque justitiæ nomine ad sublime prærogativæ decus fastigiumque, super ceteros omnes, ipsosque adeo Svionas, Danos suos evehere nituntur, quum quicquid juris legumque in *Dania* profanis temporibus vigerit, id quidem Sveoniae meritissimò, quod ad primam originem, acceptum referri debeat. Et hinc etiam juris, inde ab antiquo, in judiciis observati apud Danos ordinis, formæq; sollempnis fontes in priscis præfæ laudis & artis Svionum Gothorumque legibus aperti ipsis cernuntur; ut ex collatione gentis utriusque jurium evidentissimè liquet. Non secus ac aperte in iuribus O. Gothorum & WisiGothorum extra patriam, itemque Longobardorum, cognitis rectè auctoritatibus, ipsa re, & ratione exquirere possumus veritatem; atque hoc facilius, quod ea ferè omnia, quæ legibus nostris Patriis insigniter præscribuntur, quod ad germanæ justitiæ æquitatisque fundamenta, ordinemque in judiciis, ac formam constanter servatam, eadem

Pomp. Mel. lib. III.  
c. 3.

Jus Christ. R. leg.  
Prov. Comm. Ron.  
br. c. I princ.  
Videantur nota nostra  
ad leges Upland.  
p. 136. 173 & 174. aliis  
que locis.

Videatur collatio  
capitum plusculorum  
Jur. Antiq. O. Goth. &  
W. Goth. externorum:  
Item Longobard. cum  
legibus nostris Patriis,  
facta ad Lat. vers. leg.  
W. Gothic. & al. loc. Not. nostr. nec non ad leg. Upl. p. 147.

dem ista jura verè commemorant. Ut non mirum sit, meritissimo cordatis obsolevisse jam istam sententiam, rerum multo magis testimoniis, quam verborum refutatam, quà quidem, in laudem Danici nominis statuitur, eorum potissimum opinione languida esse standum, qui, cum Saxone Dano, Daniæ, Longobardorum originem adscribunt vindicantque. Quid enim rei ita fiet ipsi sese ostendenti? quid legibus antiquis, contrarium, ut dixi, evidenter evincantibus? quid Paulo Varnefrido, & ceteris omnibus scriptoribus, testibusque omni exceptione majoribus, qui ex Scandinavia eos, & sigillatim è Gothiâ educunt; quos alias etiam longa serie recensui? quid territorio, in Sveonia; Longobardorum, Longobard; yundari / quod hodieque id nominis inde retinet, ad lat: gr. LVII, & long: g. xxxv? Quod cum ita sit; quid est, quamobrem quisquam eruditorum, & supra vulgi ita sortem provectorum, ratas putet in historiis esse oportere corruptelarum has illecebras, errorumque laqueos; quibus lectorem ad cavendum non attentorum animos adversarii irretitos maxime cupiunt? Longobardorum è Dania à veri fide penitus alienus, Musisque invitis confictus, Rege; uti simul fabulantur, Snione, egressus scriptores sequentes in fraudem adeo illexit, ut plures reges, ad ingentem ita in historia Danica hiatum explendum; & commentis hisce velificandis; adpicerentur. Quare Lycander etiam, quasi potestate sibi Divinitus concessâ dandi imperii, novos Daniæ Reges audacter creatum ire non dubitavit; quos è Regum tamen numero jure meritoq; Pontanus erasit. Certè in Edda quoque omnium vetustissima, ritè celebrandis Upsaliæ; ut in foro comitum Septemtrionis, judiciis, ad trium omnino ibi summum (quæ *Rormé / Orm* & *Rierlauger* tunc etiam appellantur) recurrebatur *áðyrjælar* & solum; quo quidem rectè innuebatur, *Veðisatis* potissimum, *Justitia*, atq; *Clementia bipartitò dividenda* rationem Regi, in jure dicundo, curæ adeo cordique futuram, ut istæ tamén *bonitas*, rigore nonnunquam cum ratione remisso; utpote divisa, ita uni prodesset, ne alteri injustè noceret: non secus ac sanctæ justitiæ, æquitatisq; normâ exigere videtur, & in antiquissimis antiquissimarum legum præceptis, indeq; excerptis vetustis Sveoniæ legibus; adeoq; Regis Christophori ritè præscribitur. Et né quid in insignis æquibonique artis, causis incognitis, laudibus verè promerendis, unquam desideraretur, judicia istæ non exercita, nisi ad res consultas & exploratas habendas; consilio adhibito XII Adsefforum. Qui quidem; nunciato conventu; obsequenter advolare debebant; operam suam Regi summâ fide, curâ; industriâque navaturi. Neque de Rep: nisi per concilium loqui ex usu judicant; Regé tunc de summis quibusque negotiis, quæ visa sunt, multitudini quoque prodente. Ita Thöro concilium XII Deorum vocaturò, id utique in Fabulis, ut Regi Divorum, tributum; ut hi, quâ possent celeritate maximâ; ad præsidem suum contendentes, in locum palatii Regali; Upsaliæ, contiguum pedibus ingressuro, & jus etiam, vel in palatio; rebus sic se ferentibus; dicturo mature adessent, ad terras imperio subjectas injusti metu formidineque solvendas. Quæ de causâ Thörus ipse pedes in jus ire dicebatur, Diis reliquis ad jussa capefferenda properandisq; equis assignatis. Sicuti post etiam, veteri ritu servato, in patria nostra factum novimus; XII viris, adsefforibusque, tesserâ olim ad principes regionum atq; pagorum ligno incisa, hodierno verò die plerumq; schedulâ

Saxo Grammat. Hist. Dan. lib. VIII. p. m. 80. lib. B.

Paul. Varnefr. lib. I. De gest. Longobard. s. XI & XIII. Pont. lib. I. Hist. Dan. p. m. 37.

Conferantur Edd. Mythol. XIV.

Zamolx. c. V. §. XXV. p. 152.

Antiquiss. Leg. Fragm. Tit. De J. Reg. Cod. Leg. vetust. Comm. Tit. Ron. br. c. V. Et eod. Tit. Jur. R. Christoph. c. IV.

Rönung. Saug. & vitæ variorum Regum passim.

Zamolx. c. III. §. XI. p. 78. & seq. de num. XII. Adseff. & de sacro numero duoden. & in Notis ad Leg. Westg. p. 107. & seq.

Videatur Jus Comm. Vetust. Leg. Prov. Tit. Rhing. br. c. XXXI. & R. Christ. eod. Tit. c. XLII.

Cic. lib. II. De Divinat. p. m. 138. Edit. Sturm.

Et lib. III. De Offic. c. 33.

Adde sis Alb. Cbr. Roth in notis ad b. l. & loc. pl. ibi alleg. nec non edit. Celeberr. Grævii.

Plant. Rad. A. 1. Sc. V. v. 10 & seq. & observat. Douc. e. nec non Muret. lib. I. Var. le G. c. X.

Chron. Svecon. vetust. c. IV.

ad iudices præfectosque territoriorum, & provinciarum, in centum pagis habitantes transmissâ, convocatis: quibus etiam equorum in legibus & antiquioribus & recentioribus, pro cujusque conditione ac dignitate, numerus ad citius die locoque præstituto comparandum assignatus legitur. Occurrit heic mihi commodum ex Ciceronis secundo de Divinatione locus, quo quidem per equum celeritas itineris innuitur. Cursor enim ad Olympia proficisci cogitans visus est in somnis curtu quadrigarum vehi. Cui conjector, *Vinces*, inquit, *id enim celeritas significat, & vis equorum*. Atque libris de Officiis alius: *Cum his, viris equisque, ut dicitur, decertandum est*. Ubi in notis etiam Cl. Roth peregregie: *Vir industria; equus virium & celeritatis symbolum*. Neque equis tantum festinantes veteribus advolare dicebantur, sed navibus quoque velisque. Unde naves etiam Plautus *equos* appellat *ligneos per vias caruleas vehentes*; & Homerus *ἀνὰ ἵππους*: non secus ac vocabulo *stuita* in legibus nostris patriis, & equi & naves, intentioris ratione cursus, continentur; uti aliâ pluribus ostenditur.

Hujusce ita rei causâ, colles, qui maximo populi conventu frequentarentur, quibusque celebrata tum judicia, appellati *Dombârg* / ut in omnium vetustissimis Sveoniæ Chronicorum membranis, capite quarto, perspicitur; ubi nulla omnino fit, quæ post adjecta, mentio annorum, nulla ceterarum rerum, quæ, subsecutâ demum exscriptorum interpolatione, accessere. Neque auctor ille Chronicorum circa annum, uti nonnullis falso creditum, MDXLVIII, vixisse censendus, sed alius, ab eoque diversus, utpote qui sequentium tantum Regum principumque; usque ad sua tempora, vitas commemoret continuetque, quæ quidem à primo longè antiquiori scriptore stilo consignari non poterant. Taceo, in eodem XII desiderari capita, facta ab dicto capite quarto computatione; quæ idcirco ex Chronicis Norrigiæ suppleta voluit Messenius. Cumque, nomine *Dombârg* quid intelligeretur, recentiores assequi nequirent; inde enata occasio fuit erroris, qui eos adeo abstulit, ut in viam veteris Upsaliæ requirendæ omnis redeundi cogitatio animis exciderit. Verba ita se habent laudati capitis: *Doh stidâde / at hans Konungasâthe / och måsta warelse stulde vara i G. Upsala / thy at thet var nåhr thera Affgudha mûster / som ta stodh uppa Dombârget / som nu Domkyrckian stander*. Hoc est: *Constituebant (Sviones) ut sedes ejus (Ingomis) Regia, maximaque communitio esset in Upsalia veteri, ubi Regia contiguum viseretur templum Deorum commenticiorum, exstructum in colle judicii sollempnibus exercendis dicato, ubi nunc templum est cathedrarium, vulgo cathedrale*. Nunc, inquit auctor, templum est cathedrarium. Namque primum erat profanum, sed post ejus lustrationem Christianum factum; idque tempore procedente, tantisper cathedrarium, dum cathedra, & sedes tandem Archiepiscopi ex Upsalia antiqua in novam transferretur. Quod utique ritè adimpletum esse constat Anno Christiano MDCC LXXIII, uti in notis ac observationibus ad Leges Uplandicas monstratur uberius. Quam igitur rectè *Dombârg* / per *montem Domini*, nonnulli exposuerint, & in mutatis interpolatisque Chronicis rhythmicorum normâ directis, per *Doomkyrckiebârg* ipsi viderint. Certè error hic est manifestus, qui quoque errores ex sese alios itineris ad veterem Upsaliâ, ejusque colles ferentis peperisse cernitur; quos tamen omnes non radicitus quidem hercle, verum eradicatus etiam convulsos reperies

Not. nostr. ad leges Upland. p. 171.



ad verba Legum Uplandicarum, *Widh Upsalir*. Ubi præter alia manifestissimæ fidei, apertius commonstratur, novam hanc, quam hodierno die habitamus, Upsaliam, urbem antiquis istis temporibus non fuisse, sed stationem tantum Regiæ classis, & aliarum etiam navium; ubi classarii Regis, hibernis potissimum mensibus, per vices egerint excubias: quum vetus illa Upsalia, urbs fuerit ab ultima profanorum seculorum memoria toto orbe celebratissima; quæ idcirco aut nusquam gentium, aut ex situ profectò veteribus historiis adcuratissimè descripto expressoque, in Upsaliæ veteris, quæ hodieque id nominis meritissimò servat, collibus ruderibusque, tota antiquitate adstipulante, evidentissimè invenitur. Quæ cum ita sint, tantane imprudentia præditus atque audacia quisquam erit, ut in re tam aperta; tam testata; tam ab omnibus veteribus pervulgata, tabulas æternitati sacras, monumentaque antiquitatis luce clariora vel negare vel eludere ausit? Non obtundam diutius aures, oculosque benigni lectoris: jam dudum vereor, ne justo longior hic fuisse videar, cum digitum tantum intendere debuërim ad ea quæ pridem à me scripta sunt hæc de re, explicataq; fufius. Eò igitur, undè discedere oportuit, revertor. Non agitur solum jus legum: aguntur injuriæ Svionum: agitur existimatio, rerumque veritas gestarum: quæ sunt omnia permagna, verum illud maximum, quod ne libertas quidem, nedum prærogativa, quæ Svionia, omni patrum memoria, propria verè fuerat, ab adversariis relicta fuisse videatur. Quid jam ista libertati, quid prærogativæ Svionum Regis nocere possunt, quæ de fociis nonnunquam armis Svionum, cum Danorum olim conjunctis, ab historicis profertur? non magis, credo, quam libertati, quam prærogativæ Imperatoris LEOPOLDI, sociæ suæ auxiliaresque copiæ, præter ceteras ceterorum principum ac populorum undique collectas coeuntes, Danorumque Regis quasi auspicio ductuque militantes, & Martem fatigantes adversus Svionas, bello Regis Svionum triumphalis memoriæ CAROLI XI, & Regis Daniæ laudatissimi CHRISTIANI V. Injurium profectò est in Reges gentemque Svionia, quod hoc etiam proposito, putidâ & nimis anxîâ ostentatâque inanibus verbis diligentia commemoratur; nempe, ut vel maximè ita Sviones, quibus fortia semper bello pectora, & rebus etiam spectata juvenus, cum tot gentibus, quæ pariter recensentur, certasse dicantur, Danici esse nominis, ægrè omninò, si voti non damnarentur, ferentes. Nihil ita fuisset Sveconia regno spoliatus, nihil Rege egentius. At verò ne fando quidem auditum est, Svionas ullo tempore desiderasse Danico censerî nomine; atque Sveconicum ipsis unquam nomen eviluisse, nedum rem fuisse, quâ erubescerent; adversariorum & obtrectatorum, obtrectandi cupiditate, animis oculisque ad lucem ejus semper caligantibus. Præter alia tantum non innumera & antiquiorum, & recentiorum testimonia scriptorum, de quibus etiam aliàs, strenui Martis alumni Germani Svevos nostros iis evehunt laudibus, ut *ne Dii quidem immortales*, dicto absit invidia, *pares esse* potuerint. Et Adamus Bremensis: *Populi*, inquit, *Sveconum multi sunt, viribus & armis egregii, præterea tam in equis quam in navibus juxta optimi bellatores. Unde etiam sua potentia ceteras aquilonis gentes confringere videntur. Nec non Alphonsus de Carthag: Revera nullius gentis strenuitas ita regnis & imperiis se objecit, sicut Gothorum: summam eorum virtutem, quâ*

Verb: *Widh Upsalir*  
p. 167. & pl. sequent.  
p. 169.

*Cæs. De Bell. Gall.*  
lib. IV. p. 126. ed. Mör.

*Ad. Brem. De S. D.*  
& *Rel. Sept. Region.*  
c. 130 princ.

*Alph. De Carth. de*  
*Reg. Hist. c. VI.*

Act. Conc. Basl. pl.  
p. & Orat. Nic. Regv.  
in hoc Concil. habis.

Everhard. Wassen-  
berg. Paneg. dict. Im-  
per. Ferdin. III. p. m.  
37. cum Privil. Caf.  
edit. Et in Parav.  
ad Germanos pro com-  
muni patriâ, liberta-  
te, gloriâ tuenda. p.  
m. 163. & seq.

Meurf. H. D. p. m.  
9.  
Hvitfeld. H. Cbr.  
II. p. m. 208.

Run. br. c. II. §.  
9. Wyl.

c. VI. §. 2. Kon 11.

c. III. §. 2. Riffbr.

c. c. XXXIX. §. 2.  
Bygdr. D.

Cod. Eccles. vet. in  
iisque Diceces. Lincop.  
qui adhuc exstant.  
Hadorb. Leg. Dal.  
Præfat. ad Let. p. 3.

reliquos semper populos antecessisse leguntur, maximoperè prædicans. Et ne de Gothis nostris eum loqui addubites, Acta idiplum apertè confirmant Basiliensia. Neque hodierno die animi eorum remollescere, atque effeminari cernuntur: uti exempla benè multa loquantur rerum sub Regibus maximis, GUSTAVO ADOLPHO, CAROLO GUSTAVO, CAROLO XI, CAROLO XII, & aliis, ad orbis universi admirationem, gestarum. Undè GUSTAVO MAGNO, ab inimicissimo rei Svionicæ Wassenbergio, ob magnitudinem virtutis tribui legimus, quod *exarmaverit ferè, ut adversarius iste fatetur, Casarem FERDINANDUM*; quamvis fallò simul in crimen eum suspicionemq; vocare non dubitet, quasi in Germaniæ principes omnes ita, in tentorio ad Norimbergam, detonuisset: *fore scilicet aliquando tempus, quo libertatem eorum illam, illam arrogantiam, & contumaciam in ordinem redactam; observantia, & obsequio Nobilitatis Svecicæ, succedaneam paremque faceret.* Nimirum format istè Regi jam laudato tales morum facies; propter piorum armorum acies adversus sinceræ religionis persecutores; virtuti ita immeritò succensens: Regi, inquam, omnis ævi clarissimo, ut qui expeditionum omnium periodis feliciter ferè adimpletis, æternas lauros, invictus semper vivus, invictus tandem moriens, ex sententia cordatorum omnium, meruerit. Exiguum sanè Regibus Svoniæ optimis desideratissimisque vitæ curriculum, prohi dōlor! DEus numero sapius circumscriptis, at immensum semper gloriæ. Quare nec ulla Sveonibus, Gothisque nostris unquam visa ratio, ut gloriæ nominis alieni, nedum Danici, ut illi fabulantur, ambirent, innumeris editis speciminibus antiquæ virtutis, magnitudinisque rerum gestarum, & Regum, & Gentis, quæ æternæ famæ metas, testimonio universi orbis, transcendant, in omnium gentium sermonibus ac mentibus semper hæsuræ.

Prætereo nunc, quam arcus fuerit terminis circumdata Dania, quamque ad comparisonem imperii Svionici exigua, ut hinc quoque insulæ illæ, quibus Rex præfuerit Daniæ, veteribus *parva* sint *terra* appellatæ, *Smalaund*. Et si cui secus, mentis acie hebescente, temerè videbitur, ad Geographos oculos animumque reflectere poterit, cum in re manifesta conatu magno quid demonstrare, sit oleum & operam perdere. Undè & Meursius, & Hvitfeldius, & alii Danicarum rerum Scriptores, Selandiam, & ceteras quoque Daniæ divisionis terras insulasque *Smaland* etiam vocitatas adfirmare coguntur. Non secus ac nonnulli terrarum sub Sveoniæ imperio tractus, ob angustiæ agrorum, ab ceteris amplissimorum fundorum, locis plusculis legum nostrarum patriarum, hunc in modum distinguuntur. Ita Smalandia nostra pars semper habitata veteribus erat O. Gothiæ, iisdem legibus, quibus O. Gothi reliqui, perpaucis exceptis capitibus, perfruitura. Videantur omninò Leges O. Gothorum in margine laudatæ, quibus ipsum hoc evidentissimè probatur. Certè in Codicibus simul veteribus rei Christianæ, Christianis sacris in Regno Sveoniæ receptis, O. Gothiæ partibus ceteris Smalandia accensetur: Episcopi que Lincopensis dicecesis terræ adscriptæ Smalandicæ his verbis: *Dicecesis Lincopensis dividitur tripartitè quoad sui visitationem: uno anno fit visitatio per Osgotiam & Tiustiam; alio anno per Gothlandiam, Oelandiam, Møre, Ambyrde; tertio anno per Kindiam, Ydriam, Norre- & SuderVvidbo, Dstra Håradi & VVestra Håradi, VVist, Tweta, Dstbo, VVestbo & Suderbo*

*Suderbo, Sigvide & Asboland &c.* Et ne quid addubites, an adnumerata omnino O. Gothiæ priscis sit temporibus Smalandia, ecce tibi *Hervarar Saga*, quæ disertis id ipsum verbis, pariter cum aliis historiis, commemorat. Nimirum, proelium toto Septentrione celebratissimum, longèq; omnium, quod unquam per Septentriones auditum est, *er mestur (bardagi) besur verid, à Nordurlondum*, maximum, acerrimumque, ut quo non aliud simul cruentius funestiusq; cæde clarissimorum ducum fuerit, in campis O. Gothicis, usq; Bravallicis, à *Bravelli i Eistra Gantlandi*, commissum fertur; quos in Smalandia propriè dicta sitos oculis hodieq; usurpamus. De eodem hoc proelio Ringonem inter Sveoniæ, & Haraldum Hildetann Daniæ Reges, Saxo, ut solet, eleganter: *Deinde, inquit, canentibus lituis, summâ urring, vi conscribitur bellum. Crederes repente terris ingruere cælum, sylvas camposque subsidere, misereri omnia, antiquum rediisse chaos, divina pariter & humana tumultuosa tempestate confundi, cunctaque simul in perniciem trahi.* Non itaque mirum in acie Ringonis, verbis hic etiam Saxonis libentius utor, ad duodecim millia proceres cecidisse: *at ex parte Haraldî, præter popularium stragem, ad triginta millia proceres corruisse, ipso Rege, inter promiscuas cadaverum strues, interfecto.* Nec longius, rebus sic se ferentibus, bellum duci poterat, in potestatem ditionemq; Svioniam, hæc proelii fortuna, regno Haraldî ita redacta, ut Svioniæ rursus succumberet Dania. Sed hæc ita obiter, in præsentî, scripta suffecerint. Nolim enim heic ea omnia, aliquanto utpote odiosiora, quæ pro salute quondam regni Sveoniæ, communi consilio, una mente atque virtute, adversus nomen Danicum, diversis temporibus, in conciliis procerum, publicisque conventibus, ac comitiis, voluntatum omnium civium ac singulorum vivâ voce indice, & potissimum, regni gubernatore SVANTONE STURIO, sollemni oratione, quam, ut cum maximè, tum Hemmingus Gaddius adornarat, satis dilucidè dicta sunt repetere, ad splendorem veteris Svionum imperii, gravitatem nominis, majorum instituta, & reliqua, quæ aliàs longa serie enumerari solent, tuenda; quibus utique semper, omnium consensu, plus quam verbis solis valuerunt; ab parvulis, bellicis semper artibus, labori ac duritiei studentes: cum probè consideratis perpensisque, quæ dudum retuli, neminem unum adeò infatuare possint, quæ in contrarium imprudentius effusiusque dicuntur, ut experrectus, evitata luce, commentorum tenebris delectari, invidiisque pasci malit; quæque in ore doctorum ferè omnium, summâ æquitatis, integritatis, scientiæ laude, versantur, aversari; falsis, & suspectis, de quibus nihil gravi aliquo argumento compertum, hoc turpius mancipandus. Erit forte, DEO sic volente, & occasione invitante, tempus, quo quidem copiosius istæc omnia adcuratiusque, propter vetustatem exemplorum, auctoritatem literarum, monumentorumque, exponantur; modicè interim de Sveonum gente non lingua magis strenua, quam factis, in præsentia dictis, monstratisque, quæ Te, benevole candideque Lector, ipsum, quæ es & peritiâ, & iudicii sinceri præstantiâ, plenius existimaturum esse, quæq; mens fuerit, exputaturum spero atque confido. Certè magnoperè hic mirati subit, ne verum quidem ab adversariis ad amissim exaratum esse, laborante vehementer fide in omnibus ferè quæ proferuntur; quæque, res incertissimæ, lectionum varietas, attributionum confusio, novitiæque tutelæ moderantur.

*Hervar. Sag. c. XX.*  
p. m. 180.

*Herrauds och Bos-*  
*sa Sag. c. VIII. p. m.*

37  
*Sigurdar Hringo*  
*Sag. & al.*

*Sax. Hist. Dan. lib.*  
VIII. p. m. 73. lit. C. &  
p. seq. 74. lit. A.

*Confer. Orat. Hem-*  
*ming. Gadd. in com-*  
*muni concilio proce-*  
*rum Regn. Sveon. hab.*  
*& AG. inf. Publ. ist.*  
*temp. nec non typis*  
*excusa Ann. M. D.*  
*XLVII. Holmia.*



derantur. Veritatis vis ac ratio considerata non est: quid ea sustineat, quid patiat, quid efficere possit ac debeat. Undè, nescio quo casu, *compilandi*, & similibus, in hoc argumento, verbis, purgandi sui causâ, delectati ( quibus quidem veteres Latini, non nisi notione rei illicitæ atque indecoræ usi esse videntur ) ab se fidem læsam historiæ, non animadvertentes quasi fateri ipsi coguntur. Nunc igitur quid est, quod quisquam ex illis amplius audire desideret? cum quæ, verbis datâ audaciâ, & nonnunquam etiâ causâ mortuis delegatâ, scribunt, ejusmodi sint, ut ea quidem contra se ipsos scribere videantur. Et moneo & hortor ne temerè faciant, neque proponant, de cetero, inania lectori arrogantia, sed ea quæ sciunt, quæ vera sunt, quæque supra monstrata sunt, nobiscum bonâ fide recognoscant; ne quod simile incommodum ipsis accidat, ac superius aliis acciderat: & simul hanc quoque gloriam Regno Sveoniæ, quantum in se est, cum universo orbe, concedant. Nimirum, REGEM Sveoniæ CAROLUM XI, per constantem nominis sui famam atque omnium ore celebratam, ab IMPERATORE Romano, & REGIBUS Europæ potentissimis, ceterisque PRINCIPIBVS ac Populorum RECTORIBVS, communem electum esse principalium per Europam armorum ARBITRUM ac PACIFICATOREM, sive, uti ipsi in Sollemnibus Instrumentis Factorumque tabulis exprimunt, UNIVERSALEM MEDIATOREM: & post ejus fata, FILIUM, REGEM CAROLUM XII, primis adolescentiæ annis, bono, fausto, felicitique omine, & exitu pariter prospero; insignibus indè laudibus adeo maceratum decoratumque, ut ob istæc merita in locum suum restitutæ ac repositæ pacis quietisque gentium, conditiones optimæ, in ingens laudatissimi REGIS commodum, Ejusque Heredum, ac Successorum, initis illis inter memoratos PRINCIPES, Populosque pactis accesserint. Contigit ita ipsis, quod haud scio, iis attributionibus, an nemini: Divinâ sanè providentiâ tot rebus, tantis, tam opportunè conclusis in hunc diem, quo toti orbi CHRISTIANO arbiter, post invictum armis parentem, commodatus erat REX CAROLUS DUODECIMUS: REX, inquam, futurus invictissimus: REX dignè calculis tandem omnium æstimatus, quum, per summam virtutis, reique militaris gloriam; per triumphales lauros, avita decora mirificè exornantes, & ante limites dulcissimæ patriæ, plus utique, quam quisquam unquam poterit, excubantes, inæstimabilis universis ac singulis & dicitur & habetur. Et hæc cum ita sint in re, nescio quid in contrariam partem verbis rapi debeat: quippe cum ejusmodi labor, sollicitudo, operæ, vigiliæ literis non deserviant; res vetustate robustas, historiam universam, veritatemque calumniando pervertentes. Quæ verò, hujus amore solius, à me, officii regionibus adstricto, nunc contra ea, quæ adversarii produxerunt, missis omnino quæ sibi contraria subdixerunt, prolata sunt, æqui bonique consulens, edito hoc codice Legum W. Gothicarum optimo, ad eumque notis meis ac observationibus leviculis, sincere lector rectè fructu, mendis, si qua officinæ incuriâ irrepserunt, meosque percurrentes oculos effugerunt, sublatis, benèque vale.

*Videantur Mandatorum Formule, quibus instructi fuere Legati: atq; potissimum etiam Instrum. Pacis Imperatorum inter Elect. & Principes, statusque Rom. Imp. ab un. & Reg. Gall. ab altera p. d. 30. O. Gob. Ann. 1697. st. n. in Arce Ruvic. Prefat. & art. 9. 55. & al. Ut & Regem int. Gall. ab un. & Reg. Hispan. ab alt. p. d. 20. Sept. d. A. & L. Prefat. & art. 34. & al. Nec non Reg. int. Angl. & Gall. d. A. D. & L. Pref. & art. 16. & al. Itemque inter Reg. Gall. & Gen. Ord. Feder. Belg. d. A. d. & l. Prefat. & art. 57. & al.*

